Sed hic eſt dubitatio q̄re Aui. h̓ nō poſuit apā‑ta fieri a colā laudabili ⁊ a colā ma‑la ſicut fecit ſuperi⁹ de ſāguine. ¶Dōm ꝙ cā ē: qꝛ vtplu‑rimū: imo q̄ſi ſemꝑ apā colericū fit a colera in nālī: qꝛ co‑lera ſtatiꝫ cū abūdat ī corpe eſt īnālis eo ꝙ nō eſt hūor be‑nignus ⁊ dilect⁹ a natura: ſicut ſanguis: ⁊ iō paꝝ ē de ipo in corpe reſpcū flegmatis ⁊ ſanguinis: ⁊ iō ſāguis poteſt peccare ī q̄ꝫtitate: ⁊ tñ erit bon⁹ ī qualitate: colā aūt q̄ pec‑cat ī q̄ꝫtitate: peccat ēt ī q̄litate: ⁊ iō eſt mala: q̄re nō pōt co‑lera laudabilis abūdare in corpe: ſicut ſanguis: ⁊ iō non fit ex ea apā: ſicut ex ſanguine laudabili: qꝛ ꝑꝑ ſui horribi‑litatē ſtatiꝫ cum egredit̄ metas nãe fit illaudabilis: ſed ſan‑guis dato ꝙ egrediat̄ metas nãe pōt idē aliquātulum re‑manere laudabilis: qꝛ ē humor benignus ⁊ dilect⁹. Tex eſt aūt ꝙ q̄dā colera inālis eſt maligna: ⁊ quedā nō ma‑ligna multū: tñ ē poſſe ꝙ fieret apā ex colera laudabili et maxime cū ꝑmixtione ſāguinis: ſicut ſi accideret apā in corpe colerico ex ꝑcuſſiōe abūdāte colera nālī: ſꝫ qꝛ hoc eſt raro. ſ. ꝙ fiat ex colera nālī. iō Aui. nō fecit in apāte co‑lerico iſtā diuiſionē: quā fecit in apāte ſanguineo. Et iō dcm̄ eſt ſuperi⁹ ꝙ heriſipilla nō maligna vtplurimū ac‑cidit ex ſanguine laudabili qñ ꝓportionat̄ colere: ⁊ ideo Aui. ī apāte colerico ſolū fecit mētionē de heriſipilla ma‑la. ¶Dicē ḡ Aui. ꝙ apā colicū aut ē a colā ſubtili valde ⁊ fit ex ea. i. ex illa colā ſubtili valde. ſ. aut formica ābulatiā ⁊ ē ſubtilior. i. ē colā ſubtilior. aut. ſ. fit ex ipā colā formica ambulatiua corroſiua: ⁊ ē mala. Aut fit formica ex colera groſſiori: ⁊ h̓ eſt qñ illa ſubtilis aduritur ⁊ eſt peior: ⁊ iō vl‑cerat carneꝫ iſta. ſ. ꝑdicta. ſ. iſta colā minoris calitatis. Et hoc ē qñ colā miſcet̄ melē aut cū flegmate: vñ reddūt eā min⁹ calam ⁊ groſſiorē ⁊ ꝯtinet̄ magis intus q̄ꝫ ī prima cute: h̓ eſt rōne groſſioris mãe ꝑꝑ admixtionē flegmatis vel melē. Et ē q̄ſi in ea ſit flegma: hoc ē rōne calitatis co‑lere q̄ admiſcet̄ cū flegmate: ⁊ fit ex ea formica miliaris ad ſilitudinē miliȷ. Et ē minoris īflāmatiōis ⁊ minoris et tradioris reſolōnis: qꝛ rōne flegmatis min⁹ inflāmat̄ q̄ꝫ ꝑdicta: ſed tardi⁹ reſoluit̄. Et ſi fuerit materia groſſior et deterior. i. aduſtior accidet formica corroſiua ſeu peior. Hoc eſt dicere qñ in formica eſt mã groſſa ⁊ aduſta ita ꝙ vlcerat: tūc accidet inde mala formica corroſiua peior q̄ꝫ qñ mã eſt ſubtilis: qꝛ rōne groſſiciei mãe plus figit̄ ⁊ pl⁹ vlcerat q̄ꝫ colera pura: qꝛ plus figit̄ rōne groſſiciei mãe. ¶Ubi nota ꝙ per iſtū textū habet̄ triplex formica: qꝛ q̄‑dam ē ambulatiua pura q̄ ambulat ſolū ⁊ nō vlcerat ⁊ il‑la fit a colera ſubtili. Alia ē miliaris que fit a colera groſ‑ſa ꝓpter aduſtionē flegmatis. alia ē corroſiua ⁊ iſta pōt fie‑ri ex colera ſubtili: vt. ſ. contingat ꝙ formica ambulatiua trāſeat in corroſiuā. Et pōt fieri ex colera groſſa ſi ſit ma‑la: vt ſi cōtingat ꝙ miliaris trāſeat in corroſiuā: ⁊ iſta eſt deterior q̄ꝫ pīma: qꝛ plus vlcerat rōne maioris fixionis: ⁊ cum hoc tardioris reſolōnis. Et hoc eſt quod dicit Aui. cum dicit: Et ſi fuerit mã groſſior ⁊ deterior: ⁊ ſi ꝑtranſie‑rit. ſ. colera ī groſſicie eius ſupple ⁊ ī ſua aduſtione vſq; ad ſubam ſanguinis erit heriſipilla mala. Qꝛ vt dicit G. 14° de īgenio ſani. ſi colera ſit groſſiſſima ⁊ caliſſima cu‑tem excoriabit vſq; ad ſui īteriora: ſed ſi eſt ſubtilis: tunc nō excoriat: ⁊ iō nō eſt tunc heriſipilla ita mala. Et iō di‑cit Galie. hic ꝙ heriſipilla quedā eſt cum vulnere ⁊ que‑dam ſine vulnere. ¶Deinde cum dicit:

¶Et ī oīb⁹ illis mã ē ſubtil' q̄ꝫuis diuerſi‑ficet̄ poſt illđ: ⁊ fit ꝑꝑ ſubtilitatē ſuā ꝙ ex‑pellit eā natura ꝓpā ⁊ nō retinetur in ali‑quo niſi in cute ⁊ qđ approximat ei.

¶Hic remouet qđdā dubiū. dcm̄ ē. n. ꝙ apā colicū accidē‑pōt: aut ex colera ſubtili aut ex groſſiori. ¶Dicēt aliquis quō accidit apā ex colera groſſiori cū colā ſit hūor ſubtil' ⁊ nō groſſus: remouet illđ dubiū: ⁊ pꝫ. ¶Deide cū dicit:

¶Et qñ multiplicat̄ mã apoſtematis ca‑lidi ⁊ magnificat̄ apoſtema: tūc ē de ſū‑ma apoſtematū caumatū ⁊ mortificātiū: ⁊ de ſūma predictoꝝ ē que dr̄ barachiē: ⁊ iſte ſpēs male ⁊ que eis ſimilātur mul‑tiplicantur in anno peſtilentie.

¶Hic ponit quoſdā canones ī oīb⁹ apoſtematib⁹ calidis: ⁊ diuidit̄ iſta ps in q̄tuor ſm ꝙ q̄tuor ponit canones de apātib⁹ calidis. ſcđa ibi. (Et de apātib⁹.) tertia ibi. (Et ſci‑as.) quarta ibi. (Et ſcias ꝙ oē.) Quid dicat pīmo pꝫ. Tūc eſt de ſūma. i. hꝫ ſilitudinē apātū. Dicit ḡ ꝙ ſicut mortifi‑catur mēbrū a mã venenoſa ⁊ peſtilētiali: ita ēt mortifica‑tur mēbrū a mã multa caumatū. i. autūnaliū mortificanti‑um: ⁊ de ſūma ꝑdictoꝝ. ſ. apoſtematū mortificātiū ⁊ cor‑rūpētiū ē apā qđ dr̄ baurachiē: ⁊ ꝑ h̓ itelligit oē apā adu‑ſtiuū a ſua calitate corrūpēs mēbrū ⁊ adurēs: ⁊ tale apā pōt eē ex flegmate ſalſo aduſto: ⁊ tale apā dr̄ ꝓpē baura‑chine. ¶Ubi nota ꝙ mēbrū corrūpit̄ a triplici mã. A ca‑lida mã multa q̄ ꝑꝑ multitudinē ſuā vinci nō pōt: ⁊ h̓ tan‑git cū dicit: Et qñ multiplicat̄ mã apoſtemat' cali. Corrū‑pitur etiā a mã venenoſa: ſicut ē in antrace: ⁊ hāc tangit cum dicit: Peſtilentialiū caumatū mortificantiū. Corrū‑pit̄ etiā mēbrū a mã rōne ſue q̄litatis: vt qꝛ ſit corrodēs ⁊ adurēs. ⁊ hāc tāgit cū dicit baurachine: ⁊ iſte ſpēs male ſcꝫ apātū calidoꝝ: ⁊ q̄ eis ſimilant̄. ſ. ſicut ī corrūpēdo mē‑brū: ⁊ ſic nō ſolū corrūpit̄ mēbrū a mã calā ſꝫ a mã nimis frigida ⁊ hūida ⁊ nimis ſicca. ¶Et mltiplicat̄ ī anno pe‑ſtilētie: qꝛ tūc gñant̄ hūores corrupti q corrūpūt ꝯplexio‑nem corporis ꝓpter corruptioneꝫ aeris vlis.

¶Et de apātib⁹ calidis illa ſūt mala que nō excitant̄ vel non ꝑueniūt ad declina‑

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tionē quaꝫ ſequunt̄ leuitas ⁊ detumitio neqꝫ ad aggregationē materiei: imo ad corruptionē mēbri: ⁊ non ſemꝑ fit a magnitudine apātis ⁊ multitudine materiei: imo fit qn̄qꝫ a malignitate materie.

¶Hic ponit aliū canonē de apātib⁹ malis. ⁊ pꝫ qđ dicit: qa qn̄ apa non reſoluit̄ neqꝫ aggregat ſaniē: tunc ſignū ē ꝙ mā vincit nām: ⁊ hoc eſt propter cauſas dictas: qn̄ ita eſt tūc mēbrū tendit ad corruptionē: qꝛ materia mala ibi retenta corrumpit complexionem membri.

¶Et ſcias ꝙ apāta parꝫ fiunt ſingularia pura: ſed plura eoꝝ ſunt compoſita.

¶Hic ponit terciū canonē: ⁊ patet: pura. i. ab humore vno puro: et plura eoꝝ ſūt cōpoſita. ſ. ex plurib⁹ humoribus. tn̄ itellige ꝙ iter illos magis abundat humor a quo dn̄o minat̄ apa ſicut a ſanguine flegmō: a colera heriſipilla.

¶Et ſcias ꝙ omne apā in exteriorib⁹ cū quo non eſt pulſatio non facit ſaniem.

¶Hic ponit 4ᵐ canonē: ⁊ patet. ¶Et huius ratio qđ hic dicit Auicē. eſt ꝙ ſanies cauſat̄ ex ebulitiōe materie incēſe ⁊ carminatione. Et ita ad generationē ſaniei de neceſſitate ſequitur pulſatio per euentationem caliditatis augmentate ibi ratiōe ebulitionis. ¶Etiam ſanies generatur de ſanguine ſicut ignis de incenſione lignoꝝ: ſicut dicit Gal. in cōmento illius afforiſmi circa generationem ſaniei. Et ideo ad generationē ſaniei de neceſſitate ſequitur pulſatio: ⁊ omne apoſtema cum non eſt pulſatio non facit ſaniem. ¶Et intellige vlterius ꝙ licꝫ omne apoſtema in quo non eſt pulſatio non facit ſaniem: non eſt itelligēdum ꝓpter hoc ꝙ omne apā in quo eſt pulſatio facit ſaniē: qꝛ pulſatio pōt eſſe ſine ſanie: ſicut in flegmone eſt pulſatio: vnde aliquando nō facit ſaniē: ſed ad hoc vt fiat ſanies bene requirit̄ pulſatio de neceſſitate: non tamen ſequitur: vbicunqꝫ pulſatio ibi ſanies: quia ſunt ibi plura ſigna vt apparebit poſtea.

¶De intrinſecis vero iā locuti fuimus.

¶Hic quia apoſtematum quedam ſunt intrinſeca: quedā extrinſeca oſtendit de quibus eſt ſermo hic: quia de itrinſecis iam locuti ſumus ſcilicet in tertio: de extrinſecis vero loquitur hic.

¶De flegmone. Cap. II.

i Am ſciuiſti flegmonē ⁊ ſigna ei⁹ ex caliditate ⁊ inflāmatione ⁊ additiōe quātitatis ⁊ tenſione ⁊ impulſione ⁊ pulſatione ſi ē ſubmerſa: vl̄ qꝛ eſt ꝓpinqua arterijs: ⁊ mēbrū in quo ē tale ē cui adueniunt nerui qbus ſentit non plus q̄ꝫ ſenſibilitas ſicut ſciuiſti diſpōnē eius. Et quāto plus fuerint arterie maiores ⁊ magis grandes erit pulſatio eius ⁊ ipſius dolor vehemētior: ⁊ eius reſolutio aut ipſius collectio velocior. Et cum flegmon eſt in membro ſenſibili ſequit̄ ipſam dolor vehemens qualī̄cūqꝫ ſit: ⁊ comitatur ipſam vt appareant vene illius mēbri parue que erant occulte.

¶In pte p̄cedēti Aui. determinauit de apātib⁹ calidis vl̄r ponēdo generalē diuiſionē apoſtematuꝫ calidoꝝ. ¶In parte iſta ꝓſequitur de eis ſpecial̄r determinādo de q̄libet ſpecie apoſtematis calidi ⁊ theorice ⁊ practice in ꝓſequendo de eis ſpecial̄r. Et primo determiat de flegmōe qđ eſt apoſtema calidū ſanguineū theorice. ſ. quātum ad ſui cauſas ⁊ quantū ad ſigna. ſecundo determinat de ipo practice ponēdo curaꝫ ipſius. ſecūda ibi. (Et oportet vt i potu tribuat̄.) ¶Circa p̄mā partē Auicē. plura facit: naꝫ p̄mo ponit ſigna flegmonis. ſecūdo diſtinguit nomē flegmonis qđ erat equocuꝫ vt appareat in qua ſignificatione intendit de ipſo. tertio oſtēdit cum qbus maxie componitur flegmō. quarto inq̄rit cauſas eius. q̄nto īquirit tempora flegmonis. ſexto ponit ſigna ſue terminationis ⁊ proceſſus. ſecūda ibi. (Et ſcias ꝙ non flegmonis.) tertia ibi. (Et parum qdem conuenit.) quarta ibi. (Et habꝫ cauſas.) quinta ibi. (Augmentum qdem.) ſexta ibi. (Et tu qdeꝫ ſcis.) ¶Dicit p̄mo iam ſciuiſti de flegmone ſupple quantum ad eius eēntiam ⁊ q̄ꝫtū ad eius cauſas hūorales ex qb⁹ hūoribus generat̄: quia generat̄ ex ſanguine: ⁊ hoc in p̄mo canone Fen 2ª ca. de egritudinib⁹ cōpoſitis: etiā hec ſciuiſti in precedēti capitulo: vbi ſatis apparuit: ⁊ ſciuiſti quodāmodo ſigna eius ex predictis locis: ⁊ etiam ſciuiſti i p̄cedēti capitulo: vt ibi ſatis apparuit. Sꝫ hic ponūtur perfecte ⁊ complete ipſius ſigna: ⁊ ideo lege: ſigna ſupple ſumunt̄ ex caliditate ⁊ iflāmatione. ¶Sꝫ tu d. iſta videntur eſſe idē: dic ne Aui. videatur ideꝫ repetere qꝛ caliditas ſumitur quantū ad tactum medici: flāmatio aūt quantum ad ſenſum egri. Vel poteſt exponi ex caliditate. ſ. loci vbi eſt apoſtema: ⁊ ex inflāmatione. ſ. totius corporis: ſcilicet propter diſtemperantiam febrilem. nam raro conuenit ꝙ ad flegmonē non ſequit̄ febris maxime ſi ſit magnus ⁊ in loco artarioſo propter ſupcalefactionem cordis ab artarijs iunctis cum membro apoſtemato. Et additione quātitatis: ideſt tumoris: quia fit ibi tumor propter multitudinē materie ⁊ groſſitieꝫ materie ipſius. Et hec differt ab heriſipilla: qꝛ materia heriſipille expanditur i ſuperficie propter ſubtilitatem ipſius: ſꝫ materia flegmonis plus colligitur in membro ⁊ inducit maiorem tumorem et extēſionem: hoc eſt ꝓpter retentionem ⁊ groſſitiem materie: vnde eſt ibi tenſio cum qdam duricie: ⁊ hec etiam differt ab heriſipilla. Et impulſione ⁊ pulſatione. impulſionē tangit quantū ad tactum: quia ipellit tangentē: quia non cedit tactui ꝓpter repletioneꝫ ⁊ extenſionem que eſt ibi. pulſatione aūt intellige quantum ad artarias: qꝛ pulſant ꝓpter neceſſitatē euentatiōis ⁊ coartationis materie: vt dictū fuit ſupra. Et maxime eſt ibi pulſatio cum eſt ꝓpinqua artarijs. Et eſt in membro cui aduenīūt nerui qbus ⁊c̄. hoc eſt in membro neruoſo ⁊ artarioſo: quia quanto membrū eſt magis neruoſum ⁊ artarioſum tanto eſt maior dolor ratione neruoꝝ: ⁊ maior calefactio ratione artariaꝝ: ⁊ ideo maior fit pulſatio: tum rōne caliditatis: vt euentetur: tum ratione materie nociue que facit dolorem vt expellatur: hoc ē quod ſubdit. Et non plus q̄ꝫ ſenſibilitas. ſ. eſt pulſatio: quaſi velit dicere ꝙ pulſatio ⁊ dolor ſunt ſm̄ ſenſibilitatem mēbri: ideſt in mēbro magis neruoſo ⁊ artarioſo eſt maior pulſatio q̄ꝫ in alio: ratione loci: ſicut ſciuiſti de diſpoſitione eius ſcilicet in libro primo de cauſis cuiuſcunqꝫ doloris. Et quanto plus fuerint arterie maiores: erit pulſatio ei⁹ ⁊ ipſi⁹ dolor vehementior: quia propter magnitudineꝫ artariarum eſt ibi multitudo ſpirituum qui cito ⁊ valde inflāmāt̄ propter calidum apoſtema: ⁊ ideo maior fit ibi pulſatio ꝓpter maiorē calefactionē: ⁊ dolor etiā eſt vehemētior rōne maioris nocumenti qđ inducit̄ ibi: ſil̄r reſolutio ipſius ⁊ collectio ipſi⁹ fit ibi velocior rōne maioris caliditatis: quia quanto materia eſt magis cal'a tanto mouetur citius ad reſolutionē vel ad collectionē: ſed fortiora accidētia iducit q̄ꝫ qn̄ eſt minus cal'a. ¶Et cum in mēbro ſenſibili fuerit flegmō q̄litercūqꝫ ſit. i. ſiue ſit magnū

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

apa ſiue paruũ:⁊ hoc rõne ſenſibilitatis:q2 dolor contingit ex ſenſibilitate rei nociue: vñ dicetur ꝙ dolor eſt malus ſenſus:q2 eſt ſenſatio rei nociue:⁊ iõ qᷓto apa ē in mēbro magis ſenſibili tanto ē ibi maior dolor:q2 magis ſentitur:imo multotiens contingit:qnia pauca materia maiorem infert dolorem ꝗ̃ multa:hoc eſt rõne ſenſibilitatis mēbri vel loci. Et comitatur ipſam ſcʒ flegmonē vt appareant vene illi⁹ mēbri parue que erant occulte hoc eſt ꝓpter repletionē illius partis ⁊ extēſionem:q2 mã in ipſo ꝓfundaṫ ⁊ replet venas rõne multitudinis ⁊ rõne groſſiciei materie:⁊ in hoc ⁊ in ꝑdictis differt flegmon ab heriſipila:q2 in heriſipila eſt minor pulſatio ꝗ̃ in flegmone q2 mã ipſius minus replet venas ⁊ minus coartat lʒ ſit plus calida:⁊ ꝑpter hoc in flegmone eſt maior dolor rõne maioris extenſionis: que eſt ibi:ſed in heriſipilla ē maior punctio rõne acutioris materie.

Sed circa iſtam partē dubitaṫ: videtur ꝙ Aui ſit ſupfluus in ponendo illa ſigna:q2 cũ hic loquaṫ de apatibus exterioꝛib⁹:vt dictũ eſt ſupra in ꝑcedenti caplo:⁊ cũ apata extrinſeca ꝑ ſe pateãt ſenſui:vt dicit Aui.in ꝑma Fen 2° cap.de ſignis apoſtematũ:videṫ ꝙ nõ fuerint neceſſaria ſigna iſta ponere. Dico ꝙ Aui.nõ fuit ſupfluus in ponẽdo iſta ſigna: imo fuit neceſſariũ ipſa ponere. ¶ Et tu.d. ꝙ Auic. dicit ꝙ apata extrinſeca patẽt ꝑ ſe ſenſui. ¶ Dicendũ ꝙ verũ eſt ꝙ apata exterioꝛa patẽt ꝑ ſe ſenſui:inqᷓtum ſunt apoſtemata:⁊ ſic non ſũt neceſſaria alia ſigna niſi ſenſus. Sʒ vtrum tale apa ſit ex ſanguine vel ex colera hoc non ptʒ ſenſui per ſe:imo diſcernitur per ꝓpria ſigna:⁊ hoc ē qḋ hic dicit Aui.q2 docet diſtinguere flegmõem ab heriſipilla ꝑ ꝓpria ſigna:vñ pʒ ſenſui ꝙ flegmon ſit apa:ſed ꝙ ſit flegmon non patet ſenſui:q2 apoſtema eſt flegmon vl̃ heriſipilla:inquantum dependet ex tali cauſa quam opʒ cognoſcere per ꝓpria ſigna. Et cum dicit Auerro. vnũ pulchrum verbum in ſua medicina: Egritudines iterioꝛes indigent ſignis ſignificantib⁹ ſeipſas ⁊ ſuas cauſas: egritudines vero exterioꝛes non indigent ſignis ſignificantibus ſeipſas:ſed ſuas cauſas.

¶ Et ſcias ꝙ nomen flegmonis in ligua grecorũ eſt abſolutũ ſup omne qḋ eſt inflãmatum:deinde diciṫ de omni apate calõ:poſtea dicitur de eo qḋ eſt ex apate calido cum proprietate predicta ⁊ nõ caret inflãmatione propter coartationem ſanguinis ⁊ opilationem meatuum.

¶ Hic diſtinguit nomē flegmonis qḋ erat equocũ vt appareat ꝙ nõ loqtur de ipſo in omni ſua ſignificatione:dicit ergo ⁊c. Et non caret inflãmatione. Hic oſtēdit ꝙ maxime apati ſanguineo cõpetit hoc nomē flegmon:q2 flegmon dr̃ quaſi flãma.modo maxime apparet in flegmone flãma ꝑpter cõplexionem ſanguinis ⁊ coartationem meatuũ. Unde in flegmone eſt iflãmatio rõne materie calide:lʒ quãtũ eſt ex hoc ſit maior inflãmatio in heriſipilla:eſt etiã ibi iflãmatio rõne cõplexionis ⁊ coartatõis ſanguinis:⁊ pp hoc eſt maior pulſatio in flegmone ꝗ̃ in heriſipilla:q2 ſanguis coartaṫ in artaria plus:vnde non poteſt ita euentari:ſicut in heriſipilla:⁊ iõ augetur ⁊ fortificatur pulſatio:⁊ ideo id nomen flegmon competit apoſtemati ſanguineo.

¶ Et parũ qdē cõtingit vt flegmõ ſit ſimplex ſed ſm plurimũ ei aſſociaṫ heriſipilla:aut duricies aut neruoſitas.

¶ Hic oñdit cum qbus maxime cõponiṫ ⁊ aſſociaṫ:⁊ dicit ꝙ raro cõtingit ꝙ flegmon ſit ſimplex:ſed ſm plurimũ aſſociaṫ ei heriſipilla:hoc eſt ꝙ cũ ſanguine miſceṫ colera:vel eſt ibi aliqua pars ſubtilis que ꝓportionaṫ ad colerã. Et duricies hec põt eſſe:vel q2 admiſceṫ hũor melicus groſſus cũ ſanguine:vñ apparet ibi duricies ad modum ſclirofis:vel quia ſint in eo humores ſãguinei groſſi:vt q2 ſit ſanguis groſſus in ſe:vñ apparet ibi duricies ad modũ ſclirofis:vel põt ibi duricies apparere ex repletione ⁊ extēſione:que ſit in parte rõne multitudinis materie coartate in loco. Aut furioſitas.i.ignis pſicus hoc ē qñ cum ſanguine admiſcenṫ ibi aliq humores ſubtiles adurētes:vñ flegmon tunc ꝓportionaṫ ad ignem perſicum veſicantē:vñ q2 vtplurimũ cum ſanguine aſſociatur aliquid vnũ ꝑdictorum:ideo raro cõtingit ꝙ flegmõ ſit ſimplex:ſed vtplurimum aſſociatur ei.

¶ Et hʒ cãs de qb⁹ ſũt ancedētes corporee ex repletiõe aut malitia humoꝝ cũ debilitate mēbri recipiētis licet nõ ſit repletio neqʒ malitia humorum.

¶ Hic ingt cãs flegmonis:⁊ duo facit:ꝑmo ↄnumerat cãs quaſdã que ſunt ãntes rõne quaꝝ vtplurimũʒ fit apa. 2° ponit quaſdã cãs que ſũt ꝑmitiue. 2ª ibi. (Et de eis ſũt ꝑmitiue.) Cãs aũt ↄiũctas nõ ponit:q2 habitis cauſis ãntibus hñr ↄiũcte:q2 cauſe ãntes humorales ſunt cauſe cõiũcte qñ actu faciunt apa. Quedã ſunt ãntes corporee:dicit corpee ad drĩam cauſaꝝ ꝑmitiuaꝝ:q2 cauſe ꝑmitiue ñ dñr corporee a medicis ſm ꝙ apparet ꝑmo canone fen 2ª vbi deſcribit oẽs cãs:cauſe aũt ãntes ſũt cauſe corpales ſcʒ humorales:aut cõplonales ex qb⁹ aduenit diſpõ non ꝑmo aduentu:ſed aliquo mediante vt mediãtib⁹ cauſis cõiũctis:cauſe aũt ↄiũcte ſunt cauſe corporales ex qbus aduenIũt diſpões aduẽtu ꝑmo. ¶ Cauſe ꝑmitiue nõ ſũt corporales ex qbus ꝓuenit diſpõ:aliqñ aduentu ꝑmo et aliqñ nõ ꝑmo:⁊ itellige ꝙ nõ dñr ꝑmitiue cauſe nõ corporales q2 ſint oĩo icorporee: q2 hoc non eſt veꝝ:q2 manifeſte vr̃ ꝙ cib⁹ ⁊ pot⁹ ⁊ cetera ſunt corpa:ſʒ dñr icorporee a medicis:q2 nõ tenẽt ſe ex parte corpis: vñ ſiue ſint totalr̃ extrinſeca a corpe nr̃o ſicut cib⁹ ⁊ potus ⁊c. ſiue ñ teneant ſe ꝑmo ex parte corpis ſed ex pte aie:ſicut accidẽtia aie que dicũtur cauſe ꝑmitiue:q2 ſe tenent ꝑmo ex pte anime. ¶ Cauſe aũt ãntes ⁊ cõiũcte dicunṫ corporales: q2 tenent ſe ex parte corporis noſtri:ſicut ſũt humorales cõplexionales ⁊ corporales. Dubitatiões aũt que cadũt circa iſtas cauſas abſolute non ſpectant ad iſtum locum: ſed ad ꝑmũ librũ ex repletiõe. Repletio.n.corporis ē cã ãñs apoſtematis ſm ꝙ põt apparere ex dictis:aut malitia humoꝝ cũ debilitate membri recipiētis ſupple ⁊ fortitudine mẽbri expellentis. Humor aũt expelliṫ a membris:aut q2 multus:aut q2 malus a membris foꝛtibus ad mẽbra debilia:⁊ ibi figiṫ ꝑpter debilitatē mẽbri non potentis expellere:⁊ fit apoſtema. Et addit Aui. ⁊ dicit dato ꝙ non ſit repletio neqʒ humoꝝ malitia in corpore i debilitas mēbri põt eſſe cauſa apoſtematis.

Sed tu.d. quomodo põt hoc eſſe ſi ibi non ſit repletio humoꝝ neqʒ malitia cũ cãe materiales apoſtematis ſint quatuor humores aquoſitas vētoſitas:nõ igiṫ videtur poſſe fieri a ꝑma niſi ſupfluat aliquis humor. Nos poſſumus dicere duob⁹ modis: vno qñ dicit Aui.licet nõ ſit in corpore repletio neqʒ malitia humoꝝ:ꝙ Aui.itelligit nõ ꝙ non ſit in corpore aliqua plenitudo:ſed ꝙ ſit ibi parua plenitudo. ¶ Uel põt aliṫ dici ⁊ melius ꝙ dato ꝙ non ſit aliqua repletio neqʒ malitia humorum in corpe poteſt eſſe membrum debile cã apoſtematis propter duo:ꝑmo ꝙ ſi ſit aliquod corp⁹ qḋ habeat aliquod membrum debile vel a principijs generatiõis vel ex alia egritudine et alia membra habeat fortia:tunc illud membrum debile ꝑpter ſui debilitatē non põt nutrimẽtum ſibi ꝓpriũ digerẽ ⁊ ſibi aſſimilare: nec

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pōt eius ſupfluū expellere quare multiplicaꝛ ibi ſupflui/tas ex idigeſtiōe:q2 nō pōt ſupfluitates q̄ ad eū trāſmittū tur expellere:iō pn̄t eſſe cā apatis. ❡ Jtē ēt ſi aliqđ mē/brū ſit debile q̄ztucūq; corp⁹ ſit mūdū gn̄anꝛ ſupfluitates in eo rōne cibi ⁊ pot⁹:ēt expellūt mēbra alia ſupfluitates ad illud mēbrū dbile:que ſupfluitates figunꝛ in eo rōne debilitatis ipſi⁹:que ēt pn̄t eē cā apatis ſ3 ꝙ apparet i mľ tis:q h̄nt aliq̄ mēbra debilia valde nāľr vel accn̄talr̄: in q bus q̄ſi toto tp̄e figiꝛ mā ⁊ adunaꝛ ⁊ iducit tumorē in mē/bro q̄ztucūq; illud corp⁹ videaꝛ eē ianitū.i.nō repletū.Et itellige vlterius ꝙ Aui.nō ponit oēs cās an̄tes: ſ3 ponit maxīe illas ſm q̄s vtplīmū ɔtingit.❡Sed tu potes eas colligere in ſumma:q2 cauſe an̄tes q̄dā ſunt ex pte māe q̄ dā ex diſpōne membri. Ex pte māe eſt repletio ex q̄tuor humorib⁹ ⁊ aquoſitas ⁊ vētoſitas:⁊ hec ſiue ſit ibi pctm̄ ī q̄ztitate ſiue in q̄litate:ex pte diſpōnis mēbri q̄dā ſunt rō ne debilitatis ⁊ fortitudinis:q̄dā rōne ſubē:q̄dā rōne via rum:q̄dā rōne ſitus.Rōne debilitatis duob⁹ modis: ga aut debilitas eſt in mēbro nāľr rōne ſpēi:q2 debile ita cre atū eſt delitētiōe agētis vt cutis vt ſit receptiua ſupfluita/tum:vt in uit.G.i de accn̄ti ⁊ morbo.Etiā debilitas eſt in mēbro pticulari.ſ.rōne iduidui vt i vno hoīe ē dbilitas oculoꝝ:⁊ in alio epatis:⁊ i alio ſtōi. Et hec debilitas pōt eē duob⁹ modis.ſ.ex pncipijs gn̄atiōis vel ex cā tpali: ſic ex egritudine rōne ſubē mēbri ē cā an̄s:vt qn̄ mēbrū ex i tētione nāe creaꝛ rare ſubē vt facile recipiat ſupfluitates mēbroꝝ pncipaliū:ſicut eſt caro leſa i trib⁹ reflexionib⁹: rōne viaꝝ:vt qn̄ vie vn̄ expellunꝛ ſupfluitates ſunt nāľr ſtricte vel opilate:vel accn̄talr̄:tūc eni ,ppꝛie ſupfluitates mēbri vel alte aliūde ſibi miſſe nō pn̄t expelli:q̄re retinē tur ibi:⁊ ſic pn̄t facere apa.❡Rōne ſit⁹:vt q2 mēbrum ſit poſitū in inferiorib⁹:vn̄ citius currūt ad ipſū ſupfluitates ſicut ē anus ⁊c.❡Deinde cum dicit:

❡Et de eis ſunt primitiue ſicut contuſio aut iciſio aut fractura aut diſlocatio aut vlcera que multiplicanꝛ in mēbro quare declinat ad ipſū materia pp dolorē debi litatem:⁊ fortaſſe declinant ad ipſu3 ma/terie ⁊ retinentur in vijs que ſunt debili ores ſicut accidunt cum vlceribus ⁊ ſca/bie apata in locis vacuis.

❡Hic ponit cās pmitiuas flegmōis:⁊ dicit:⁊ de eis.ſ. cau ſis flegmōis ſūt pmitiue ſicut ɔtuſio ⁊c.ſ.q̄ ſit a pcuſſione q2 ɔtuſio ɔculcat hūores i loco.Jtē q2 ɔtuſio dolorē idu cit:vtus aūt regitiua toti⁹ ſentiēs nocumentū currit illuc cum poſſe ſuo ad defendēdū.ſ.cū calore ⁊ ſāguine ⁊ ſpū: poſtea ſūt cāe maioꝛ apatis:vn̄ ſi nā h̄ret pulſionē n̄ cur reret illuc cū ſpū ⁊ ſāguie:imo diuerteret poti⁹ ab illo lo co:ſ3 q2 pulſiōe caret:⁊ illa nō vtiꝛ:currit illuc vt ɔfēdat: ſ3 ex tali curſu ſeq̄tur poti⁹ nocumētū q̄ʒ iuuamētū. Aut vlcera q̄ multiplicanꝛ i mēbro: q̄re declināt ad ipſū māe pp dolorē ⁊ dbilitatē ⁊ dolorē ſupple quē iducit i mēbro ⁊ tūc pp dolorē ⁊ dbilitatē attrahiꝛ hūor ad illud mēbru3 q eſt cā apatis ⁊ maxīe flegmōis:q2 hūor q currit ad locū debilē ⁊ dolentē eſt maxime ſanguis ⁊ ſpiritus.

Sed hic eſt dubitatio:p⁹ q2 ponit debilitatē mē brū iter cās pmitiuas:i pcedēti pte ponit iter cās an̄tes.❡Jtē ēt ponit dolorē iter cās pmi tiuas:⁊ ſupius dcm̄ eſt ꝙ ē cā an̄s:cum mala cōplō ſit illđ qđ facit dolorē:vel ſolō cōtinui.❡Dđm ad pmū ꝙ debi/litas mēbri bn̄ ē in ſe cā an̄s:q2 cā corpalis:ſed rōne cau/ſe illi⁹ quā hic ponit:q2 cā ei⁹ ſunt talia vlcera ponit cām Aui.eā pmitiuā:q2 cā ei⁹ pmitiua eſt:vn̄ p⁹ Aui.ponit eā ca3 an̄tē ɔſiderādo eā ſm ſe:vel ēt p reſpectū ad ca3 ſua3 que eē cā an̄s:hic aūt dicit ca3 pmitiuā p reſpectū ad ca3

pmitiuā.Sic etiā dicas de dolore q eſt cā an̄s rōne cauſe ſue imediate ,ppe:l3 rōne cauſe pme dicit hic Aui.ipa3 eē cām pmitiuam.Quō aūt dolor eſt cā apatis apuit ſupra. Et fortaſſe declinat ad ipſu3.ſ.locū.vbi ſunt vlcera māe: ⁊ iſte retinenꝛ in vijs:que ſunt debiliores eis:ſicut accn̄t cum vlcerib⁹ ⁊ ſcabie ſint in pede:tūc attrahuntur māe:⁊ trāſeūdo p loca vacua ibi retinenꝛ:q2 ille vie ⁊ mēbra ſūt nata recipe ſupfluitates ⁊ faciunt apa in locis vicinis: ſic in iguine:⁊ ſi ſit in brachijs attrahunꝛ māe ſub aſſellis:⁊ ibi faciūt apa:qđ q̄dem eſt a cā pmitiua referēdo hoc ad cām pmo mouentē.❡Et nota hic ēt circa ptē pcedeutem ꝙ cā pmitiua nō pōt eē cauſa apatis ſine antecedēti: q.ſ. eſt humoralis:q2 bene pōt eſſe cā apatis ſine cā antecedē ti que eſt debilitas vel repletio mēbri:ſ3 nō pōt eſſe cauſa apatis ſine humore:q2 oportet de neceſſitate ꝙ cā apatis imediata ſit humor ſiue ille humor ſit laudabilis ſiue il/laudabilis:ſed cā an̄s bene pōt eſſe cā apatis ſine primi/tiua que obuiat imediate mēbro:ſicut iciſio ⁊ cōtuſio ⁊c. ſicut ſi ɔcurrāt repletio hūoralis fortitudo mēbri expel/lentis ⁊ debilitas mēbri recipiētis:que oēs ſunt cāe ante cedentes poſſunt eē cā apatis ſine omni cā pmitiua obui ante corpori pleno in generatiōe talis apatis.

Sed tu.d. Aui.i ſeq̄nti ca.diuerſificat curam fle/gmonis qn̄ ē a cauſa an̄cedēti ⁊ qn̄ eſt a cā pmitiua.Si ergo tu dicis nō pōt fieri apoſtema ſine cā an̄cedēte:tūc ergo nō diuerſificaꝛ cura.Rn̄deo ꝙ Aui cēna intelligit de cauſa an̄tecedēte que eſt humoꝝ reple tio in corpe ſiue bonoꝝ ſiue maloꝝ:vel de cā an̄cedēte q̄ eſt cā cōplexiōalis que eſt in mēbro rōne cutis attrahun tur humores ad locū ⁊ faciunt apa:⁊ ſine iſta bn̄ pōt fie/ri apa:q2 pōt fieri a cā pmitiua que facit apoſtema nō ſo/lum p attractionē humoꝝ:ſed q2 cōculcāt humorem exi/ſtentē in loco ſine mēbro.Sed eſt itelligēdū ꝙ cā hmōi eſt hūor ſiue ſit ſupfluus ſiue non:⁊ ſine iſta nō pōt fieri ⁊ penes iſtā cām Aui.non diuerſificat curā inferius:ſed pe nes illā que eſt ex repletione corpis:q2 aliter curaꝛ quā/do apoſtema eſt ex cauſa antecedēti:⁊ aliter quādo eſt ex cauſa pmitiua.❡Jterum etiam alr̄ curaꝛ qn̄ pmitiua ob uiat corpi mūdo:⁊ aliter quādo corpi repleto: in quo eſt cauſa antecedens que eſt repletio:ſicut apparebit infra. ❡Jtē caderent alie dubitationes:ſed non ſpectant ad hunc locum.❡Deinde cum dicit.

❡Et augmētū q̄dem eius declaraꝛ ad/ditione magnitudinis ⁊ itēſiōis:⁊ ſtatus ipſius per finē eius:⁊ illic aggregaꝛ ma teria ſi d3 aggregari: ⁊ declinatio icipit tendere ad lenitatem ⁊ debilitatem.

❡Hic diſtinguit ⁊ declarat tēpora flegmonis:ſecundo cir ca hoc oſtendit ꝙ flegmon eſt malū:ſecunda ibi.(Et ma la eſt.)Quid.d.primo patet.

Queritur quare Aui.non declarat hic pn/cipium flegmōis: Dico ꝙ hic nō fecit mentionē de ipſo.quia pncipiū in apatib⁹: et in flegmone ſm iſtū modū eſt manifeſtū d ſe:q2 tūc ē pn/cipium qn̄ incipit tumor.❡Ulterius eſt notandū ꝙ di/ſtinguunꝛ tpa in flegmone in quolibet apoſtemate tripli citer:vno modo ex parte eētie apoſtematis.ſ.a parte tu moris ⁊ quantitatis:⁊ iſto modo diſtinguunꝛ:ſicut diſtin guit Auicē.Alio modo diſtinguuntur penes digeſtionē ⁊ indigeſtionē:⁊ tūc eſt pncipiū quādo materia eſt idige ſta:⁊ augmentū quādo apparet materia manifeſte dige/ri ſed nō cōplete:⁊ ſtatus eſt quādo perfecta eſt digeſtio: ⁊ ſm hoc illud apoſtema quod erat in ſtatu ſm pmū mo dum ē in pncipio ſm iſtū modū:poſtq̄ʒ completus eſt tu mor:tunc aggregaꝛ materia:⁊ incipit aggregari:vt dicit Aui.in lr̄a.❡Tertio modo diſtingunꝛ rōne accidētium

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

vt tūc eſt p̄ncipiū quādo ſunt leuia accidētia: in augmento quando fortiora: in ſtatu quando vltimanᷣ: in declinatiōe qñ declināt: ⁊ ſm̄ hoc illō apa quod eſt in p̄n° vel augmento ſm̄ 2ᵐ modū eſſet in ſtatu: q₂ in gñatiōe ſaniei accidūt dolores ⁊ feb. magis q̄₃ facta ſanie: vt dicit Hypo. Modo p̄ma diſtictio eſt gñalior 2ª: q₂ iſta nō cōpetit niſi apatib° q̄ aggregāt ſanié. Itē₃ eſt tertia diſtictio gñalior ſcd̄a: q₂ cōpetit plib°. ſed p̄ma diſtictio eſt magis eēn tialis q̄₃ ſcd̄a: q₂ illa accipiᷣ ab accñtib°: iſta aūt ab eē apatis: ⁊ ideo Auicē. loqᷣ hic de omni flegmone cōi: ⁊ nō ſolum de eo qd̄ facit ſanié. Et etiā p̄ma diſtinctio ē eēutialior ſcd̄a: iō Aui. ponit diſtinctioné tépo₊ flegmōis penes tumoré: ⁊ nō ponit ſcd̄am: neq₃ tertiā. ¶ Deinde cū dicit:

¶ Et mala ē q̄ nō tēdit ad declinationē₃: neq₃ aggregat ſaniē: ⁊ hmōi qdē p̄ducit ad mortē mēbri ⁊ putrefacit ipſū. Et mlᷣtotiēs qdē fit illō pp̄ magnitudinē apoſtematis ⁊ multitudinē materiei ipſi°: ⁊ multotiēs fit illud cā malignitatis materie ſi apoſtema fuerit paruum.

¶ Hic oſtēdit qd̄ flegmō ē malū: q₂ illō flegmō ē malū₃ qd̄ nō tēdit ad declinationē. i. ad reſol'onē: neq₃ aggregat ſaniē. ſ. bonā: ⁊ illō qd̄ p̄ducit ad mortē mēbris aggregat ſaniē. ſ. malā q̄ dᷣ virus ſicut ē i fiſtulis ⁊ vlcerib° malis. Reliq̄ q̄ dicit Aui. patēt: qd̄ etiā dixit in p̄cedēti capitulo.

¶ Et tu quidem ſcis illō qd̄ rarificatur: qñ pulſatio incipit ī intēſionē: ⁊ iflāmatio incipit in ſedationem.

¶ Hic ponit ſigna terminatiōis p̄ceſſus apatis: ⁊ diuiditᷣ ī duas: q₂ p̄mo facit hoc: ſcd̄o ponit quoddā ſignū₃ p̄noſticum flegmōis maligni: ſcd̄a ibi. (Et ſcias q̄ que vicinaᷣ) Prima in tres. ¶ Primo ponit ſignū reſol'onis. ¶ 2° ponit ſignū aggregatiōis. ¶ 3° ponit ſignū quō ꝯuertiᷣ ad putrefactionē ⁊ corruptionē mēbri: ſcd̄a ibi. (Et ſcias illō qd̄ aggregaᷣ.) tertia ibi. (Et ſcias q̄ putrefit.) ¶ Dicit p̄° ⁊ tu qdē ſcis illud qd̄ rarificaᷣ. i. reſoluiᷣ qñ pulſatio incipit i itēſione: hoc ē itēdit vel augeᷣ iflāmatio incipit in ſedatiōe. i. minuiᷣ. ¶ Sed iſta dicta Aui. vñr eē peruerſa. ¶ Primo q₂ raſis ponit q̄ ſignū reſol'onis eſt qñ minoratur apa cū diminutiōe pulſatiōis ⁊ doloris. ¶ Itē₃ ēt iſta verba vñr eē cōtraria: q₂ ſi iflāmatio minuiᷣ de necētate ēt pulſatio minuiᷣ: q₂ pulſatio ē pp̄ deſideriū euētatōnis: deſideriū aūt euētatiōis ē rōne maioris caliditatis: ḡ ſi iflāmatio minuiᷣ ⁊ pulſatio: quō ergo intēdiᷣ: vt dicit Auic. ¶ Nos poſſum° vno modo exponere dictū Auic. qñ dic: Qm̄ pulſatio icipit in itēſione. ſ. q₂ ſentitur ī declinatiōe pulſatio ad modū tectigatiōis vel aggregatiōis pruriginis: q₂ qñ mā reſoluiᷣ ſubtiliaᷣ ⁊ ad nā₃ vaporis p̄portionaᷣ: ḡ qdē₃ vapor eſt cā tectigationis ⁊ pruritus: vt dicit Gal. 5°. de accidēti ⁊ morbo: ſic ḡ tūc iſto modo nō intelligit Aui. per pulſationē: pulſationē arteria₊ que fit rōne caliditatis: ſed itelligit per pulſationē tectigationē pruriginis: ⁊ iſta talis pulſatio itendiᷣ qñ materia rarificaᷣ: vt dictū eſt. ¶ Vel poſſumus dicere alio modo ⁊ melius q̄ in pulſatione arteriarum ſunt duo motus. Nam pulſus eſt cōpoſitus ex duob° motib°: vnus mot° eſt dyaſtoles q eſt ad refrigerationē inflāmationis: ⁊ iſte motus fit ad dilatādū artarias. Alter motus ē hic qui dᷣ ſiſtoles qui eſt ad expulſionē: ⁊ iſte motus fit ad conſtringendū artarias: modo in p̄ncipio apoſtematis: ⁊ in augmento ⁊ ſtatu q₂ iſtis tp̄ib° eſt magna caliditas augeᷣ pulſus rōne dyaſtolis: quia dyaſtoles ē ad refrigerandū. In fine autem apoſtematis minuiᷣ iflāmatio ⁊ reſoluiᷣ ⁊ expelliᷣ aliqd materie: ⁊ ideo minuiᷣ pulſus rōne dyaſtolis: q₂ nō indiget tūc tāta euētatiōe: ſ₃ augeᷣ rōne ſiſtolis que eſt ad expellendū ſup̄fluitates: q₂ tūc reſoluiᷣ mā flegmonis: ſic ḡ tūc Aui. itelligit q̄ augeᷣ pulſatio. i. pulſus rōne mot° i ſiſtole: ſ₃ diminuiᷣ rōne mot° dyaſtolis: ⁊ iſto mō itelligit Raſis ⁊ alij auctores q̄ diminutio pulſatiōis ē ſignū d̄clinatiōis: ⁊ p̄ h̄ p₃ ſol'o ad rōnes: q₂ d₃ exponi: qm̄ pulſatio. i. expulſio mãe icipit in itēſione. i. augetur: ⁊ ē ſil'is iſte textus cuidā quē ponit Aui. in. 3°. ca. de ſignis vlcerum oculorum: ⁊ ē iſte. Et qñ ſanies inueniᷣ in eo qd̄ ſupponitur alba ſignificat dolorē debilē ⁊ pulſationē fortē: intelligit enim pulſationē fortē. i. expulſionē fortē: q₂ qñ ſanies eſt gñata dolor ē debilis ⁊ expulſio materie fortis.

¶ Et ſcias illud quod aggregatur p̄ additionem pulſationis ⁊ caliditatis: ⁊ fixionem vtriuſq₃.

¶ Hic Aui. oñdit ſigna apoſtematis qñ tēdūt ad ſanie₃ et p₃ qd̄ dicit: q₂ i gñatiōe ſaniei accidūt dolores fortes ⁊ febres magis q̄₃ facta ſanie. ¶ Quare aūt in gñatiōe ſaniei augeᷣ pulſatio pōt apparere ex dictis in p̄cedēti ca°: ⁊ videre q̄ nō ſolū pulſatio ē ſignū p̄fecte ſaniei: vt dictū ē: ſ₃ bene op₃ q̄ ſit ibi pulſatio vt dictū ē: ſed ſigna eius p̄fecta ſūt: q₂ tumor apatis eſt in eo augmētat°: qd̄ ē poſſibile: ⁊ nō diminutus p̄ ifrigidātia: vt dicit. Raſis: nec p̄ reſolutiua tumor nec dolor ⁊ pulſatio: imo figiᷣ pulſatio ⁊ dolor ſedaᷣ dolor ⁊ pulſatio: ⁊ lenitur locus: vt dicit Raſis. i. mollificaᷣ ⁊ albeſcit: hec. n. ſūt ſigna perfecte ſaniei.

¶ Et ſcis illud quod putrefit pp̄ digeſtionis difficultatem ⁊ tenebroſitatem ⁊ vehementiam tenſionis.

¶ Hic ponit ſigna apatis tēdētis ad putrefactionē ⁊ corruptionē mēbri: ⁊ diuidiᷣ i duas: nā p̄° facit h̄. 2°. oñdit q̄re mēbrū putrefit ⁊ corrūpiᷣ. 2ª ibi. (Et ſcias q̄ dū ñ ſubmergit.) p₃ qd̄ dicit. ¶ Prio p̄ difficultate₃ digōnis: q₂ qñ mā difficulᷣ digeriᷣ: tūc ē ſignū q̄ mā vicit nām poti° q̄₃ ecōuerſo: nā āt vinciᷣ a mā: aut q₂ ē multa: aut q₂ mala vt dictū fuit ſupra. Et tenebroſitatē. ſ. loci: q₂ tenebroſitas loci ſequiᷣ corruptionē ⁊ mortificationē mēbri. Et vehementia tēſionis: q₂ qñ ē ibi vehemēs tēſio: tūc ē ſignū q̄ mā ñ digeriᷣ: ⁊ p̄ ꝯñs ē ſignū corruptiōis mēbri: q₂ qñ mā digeritur tūc ē ſignū q̄ locus liniᷣ vt dictum eſt.

Sed circa iſtas p̄tes ē dubitatio: q₂ Aui. vᷣ eē diminutus ⁊ ſup̄fluus. Nā Auic. hic ſolum tres terminatiōes apatis ponit. ſ. q₂ aut reſoluiᷣ aut maturaᷣ: aut p̄ducit ad mortē mēbri. ¶ Vᷣ p̄mo eē diminutus: q₂ ipſe p̄mo canone fen ſcd̄a dicit: q̄ apoſtema calidū: aut reſoluiᷣ aut maturaᷣ aut lapidaᷣ. Et hoc ēt pōit Raſis. vᷣ ḡ p̄mo q̄ ſit diminutus: q₂ nō ponit q̄ cōuertatur ad duriciē: hāc aūt determinationē nō tangit: q̄re ⁊c̄. Itē₃ videᷣ eſſe ſup̄fluus q₂ ibi non ponit hanc terminationē ad mortē mēbri: ſimilᷣ nec Raſis. hic aūt ponit: q̄re ⁊c̄. ¶ Queriᷣ ergo que ſit cā hui° diuerſitatis. Poſſumus dicere q̄ Aui. nō fuit diminutus: eo q̄ hoc qd̄ conuertiᷣ ad duriciē cōp̄rehēdit Aui. ſub reſolutione: q₂ aut reſoluiᷣ apoſtema totaliter: cuius ſignum eſt vt dicit Raſis q̄ minoratur apoſtema cū diminutiōe doloris ⁊ pulſationis: aut reſoluitur ſubtile ⁊ induraᷣ groſſum: ⁊ ſic cōuertitur ad duriciem: cuius ſignum eſt: vt dicit Raſis: q̄ minoraᷣ dolor ⁊ miorātur magnitudo apoſtematis ⁊ additur eius duricies. ¶ Nec etiā fuit ſup̄fluus: quia Auic. in p̄mo: ⁊ Raſis non poſuerūt q̄ apoſtema cōuertaᷣ ad corruptionē membri: ⁊ hoc ideo: quia raro cōtingit hoc ſc₃ q̄ materia totaliter vincat naturam. ¶ Unde Auicē. in p̄mo ⁊ Raſis loquebaᷣ de fine apatis facto a nā ſalte₃ aliquo modo. hic v̄o loquitur de omni fine apatis. ⁊ ideo Auicē. ponit illu₃ finē quē nō ponit in p̄ncipio nec Raſis. ¶ Unde nota q̄ materia apatis: aut vincit nām ⁊ tūc

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mēbrum cōuertitur ad mortē ⁊ putrefactionem: aut vin‑
citur a natura: ⁊ hoc dupliciter. ſ. cōplete: ⁊ tūc mā̈ reſol‑
uit̄ total'r: aut incōplete: ⁊ tunc ꝓcedit via reſolutionis: ⁊
tunc reſoluit̄ ſubtile ⁊ groſſ'ū induratur: aut ꝓcedit via
digōnis: ⁊ tunc cōuertitur ad ſaniem.

¶ Et ſcias ꝙ dū non ſubmerſit naturam materia non peruenit ex ea apoſtema: ⁊ reſpirat per ignem eius quod apparet exterius.

¶ Hic Aui. reddit cām quare apā ꝯuertit̄ ad mortez ⁊ cor‑
ruptionē mēbri. Et dicit. ¶ Et ſcias ꝙ dū nō ſubmergit. i.
dum non vincit nā̈ mā̈m. ſ. apatis non ꝑuenit ex ea. ſ. mā̈
apā. i. collectio ſaniei: ſupple nec reſpirat. i. nec ēt reſolui
tur per poros: ⁊ ꝑ ignē eiꝰ qđ appet exteriꝰ. i. ꝑ opationē
medicine cal'e que apponit̄ exteriꝰ. vñ lege ꝑ ignē. i. ꝑ ca
lorem eius. i. medicine que apponit̄ exteriꝰ: ſꝫ ſupple ta‑
lis mā̈ ꝓducit ad mortē mēbri ⁊ putrefactionem: q2 ſi mā̈
nō reſoluit̄: nec ꝓducit ſaniē: ꝯuertit̄ ad putrefactionem.
¶ Et notādū ꝙ hic īuenit̄ duplex l'ra: vna que dicit natu
ra mā̈m: ⁊ tūc exponit̄ ſicut dictuꝫ eſt. ſ. ꝙ oñdit cām q̄re
apā ꝯuertit̄ ad putrefactionē: q2 dū nā̈ nō vincit mā̈ꝫ: ſed
potius mā̈ nā̈ꝫ nō fit inde ſanies nec reſoluit̄: ſꝫ putreſit
⁊ corrūpit̄ mēbrū. Alia l'ra īuenit̄ que dicit nā̈ꝫ mā̈: ⁊ tūc
talis erit ītellectꝰ: Et ſcias ꝙ mā̈. i. ꝙ mā̈ vincat naturam
aliq̄ mō ⁊ nō total'r mā̈ a nā̈: ⁊ tūc nō facit īde apā. i. colle‑
ctio ſaniei: quare ī terminatiōe apatis ad ſaniez aliq̄ mō
vincit̄ nā̈ a mā̈ total'r. Et pro ſed: ſed talis materia reſpi‑
rat. i. reſoluit̄ ꝑ ignē. Et ſic exponēdo Aui. reddit cām re
ſolutiōis apatis: q2 qñ mā̈ non vincit nā̈m aliq̄ mō: ſꝫ to‑
tal'r vincit̄ mā̈: tūc nō facit ſaniē: ſed reſoluit̄. Credo ꝑmā
l'raꝫ eē meliorē. ¶ Ulteriꝰ notādū ꝙ hoc qđ dicit ꝑ igneꝫ
eius qđ appet exteriꝰ pōt referri ad opationē medicine:
vt q2 mā̈ reſoluat̄ calore medicine quē calorē vocat ignē.
¶ Uel pōt exponi ſic ꝙ referat̄ ſolū ad cōpationē na‑
ture ſic exponēdo: reſpirat. i. reſoluit̄ per poros exterio
res ad modū ignis: q2 cuꝫ materia qñ reſoluit̄: ſubtile ele
uatur in vaporē ⁊ cōuertitur in ignem.

¶ Et ſcias ꝙ qñ vicinant̄ puſtule deme‑ nuliati indicāt demenul malignū.

¶ Hic vt dcm̄ ē Aui. ponit quoddā ſignū apatis maligni
ſcꝫ ꝓnoſticū flegmōis maligni ⁊ dicit: Et ſcias ꝙ qñ vici
nant̄. ſ. multe puſtule: q2 ꝑmo oriat̄ vna ⁊ iuxta illaꝫ alia
⁊ ſic multe ī numero: idicāt. n. ⁊c. dumelati. i. ad modum
carbūculi idicāt adumul malignū. i. carbūculū veneno‑
ſum ⁊ malignuꝫ. Et ille plures puſtule ſignificant ſuper
multitudinem materie ⁊ malignitatem ipſius: ⁊ iō ſunt ſi
cut dumul magne malitie.

¶ Et opꝫ vt ī potu tribuatur habēti apā ta interiora aqua endiuie ⁊ aqua ſolatri cum medulla caſſie fiſtule.

¶ Hic determinat de flegmone practice: ⁊ diuidit̄ in duas:
quia primo ponit quādam curam incidentem ⁊ cōmunē
in cura apoſtematum calidoꝝ interiorum: ſecūdo ꝓſeq‑
tur curā flegmonis exterioris de quo ꝑncipal'r ē hic intē
tio. 2ª ibi (Cū accidit flegmō.) ¶ Sed tu dices quō ponit
hic curā apatū īterioꝝ cal'oꝝ cū determinet diffuſe de cu
ra ipſoꝝ ī 3º lib. Dico ꝙ bene ꝓꝑe ⁊ principalis ītentio
Aui. eſt h̄ dterminare de apatibꝰ exterioribꝰ: ⁊ diffuſe de
terminat de īterioribꝰ in tertia: ⁊ qđ hic dicit de apatibꝰ
interioribus incidētaliter dicit: ⁊ ſoluꝫ dicit h̄ hic nobis
vt reducat̄ nobis in memoria determinatio de ipſis facta
in 3º vt illuc pro cura recurramus: vt ēt oñdat ꝙ illđ qđ
hic ſequit̄ ſit de cura flegmōis exterioris ⁊ nō īterioris:
⁊ ideo de eo qđ hic dicit Auicen. hic de illis nō expono.

Et ſi qs vult curā ipoꝝ complete: recurrat ad librū terti
um: vbi ſufficienter dictum eſt de ipſis.

¶ De cura phlegmonis. Cap. III.

C Um accidit flegmō a cā ꝑmitiua nō deeſt qn aut cā primitiua ⁊ eiꝰ veſtigiuꝫ inueniat mūdificationē corporis aut repletionem.

¶ In iſto capl'o Aui. ꝓſeqtur de cura flegmonis accñtis in
exterioribꝰ corpis. Et diuidit̄ in duas ſꝫ ꝙ flegmon pōt
accidere duplici cāe. ſ. ꝑmitiue ⁊ añti. Prio ḡ pōit curā ipi
us qñ ē a cā ꝑmitiua. 2º qñ accidit a cā añte. 2ª ibi. (Cum
aūt cā eſt añs.) ꝑma in duas. nā̈ flegmon accñs a cā ꝑmiti
ua ꝯſiderat̄ dupl'r. vnoº vt obuiet corpi mūdo. alioº vt ob‑
uiet corpi pletorico. Prio ḡ ponit Aui. illā diuerſitatē fle
gmōis accñtis a talibꝰ cauſis ꝑmitiuis. 2º ponit curā eiꝰ ſꝫ
iſtā diuerſitatē. 2ª ibi: (Q2 ſi obuiet.) Quid dicat pº: patet.

Sed hic eſt dubitatio. videt̄ enim ꝙ nō debeat
attendi ī cura flegmōis diuerſifica‑
tio penes cauſaꝫ primitiuam ⁊ penes cauſam anteceden‑
tem. ¶ Primo quia Almanſor ⁊ Raſis ponit curaꝫ fle‑
gmonis: ⁊ tamē non docet diuerſificare curaꝫ penes has
cās. ¶ Iterū ēt Gal'. ī tegni. ñ docet diuerſificare curā pe‑
nes iſtas cās. ¶ Itē. Gal'. ī. 13. de ige. ſāi. vbi pōit curā apa
tis ñ docet diuerſificare curā penes has cās. ¶ Preterea
Gal'. vr̄ velle 4º de igēio ſani. ꝙ a cauſis ꝑmitiuis nō ſit
bñ ſumere curatiōis igeniū. vñ iſte ſuꝰ textꝰ eſt: Dico ḡ ni
hil ꝑmitiuū ſignificationē curatiōis oſtēdere. fruſtra ḡ vr̄
ponere diuerſitatē curatiōis in flegmōe penes cām ꝑmi‑
tiuam ⁊ antecedentem.

In oppoſitū ē Alyabas ī de diſpōne regali. Et
Aui. h. ⁊ ī pº canōe fē 4ª caº đ cu‑
ra apoſtematū: q ponūt diuerſitatē in curatiōe flegmonis
penes iſtas cauſas.

Ad hec poſſumus dicere breuit̄ vnica re
ſpōſiōe ad obiecta ꝙ
cauſa primitiua non diuerſificat curā: nec ab ipā ſumitur
curatiōis igeniū pº ⁊ ꝑ ſe vt dic̄ Gal'. ꝓallegato loco: ſꝫ cā
ꝑmitiua vt ibidē dicit: facit ad cognitiōeꝫ aliqñ morbi. vt
puta qñ morbus non eſt in ꝓpatulo. ⁊ ex ꝯñti facit ad cu‑
ram. tunc nō eſt fruſtra de cauſis ꝑmitiuis ingrere in cu‑
ratiōe immo eſt vtile: ſicut apparebit in vulneribꝰ capitis
cuꝫ fractura cranei. ibi. n. qñ non apparet ad ſenſum fra‑
ctura cranei ⁊ dubitamus de ipſo: tunc inquirere de cau
ſis ꝑmitiuis eſt vtile: ſed qñ apparet fractura ad ſenſum:
tunc inquirere de cauſis ꝑmitiuis nihil ꝯfert ad curā. ⁊
ideo dicit Gal'. ī 2º capº ꝓdicto ꝙ oꝫ ſcire ꝑmitiuaꝫ: eo ꝙ
aliqñ dat adiutoriū ad cognoſcendū morbū. Sed ſi locꝰ
morbi ſit in ꝓpatulo vt poſſimꝰ ſenſual'r cognoſcere: tūc
nō eſt neceſſe cāꝫ ꝑmitiuā cognoſcere. vñ dico hic ad pro
poſitū ꝙ inquirere hic de cā ꝑmitiua eſt quoddā ſignuꝫ
diſpōis corpis: q2 cā ꝑmitia obuiare ꝑt corpi mūdo ⁊ cor
pori repleto: ſꝫ a cā añte ſit ſolū apā in corpore nō mūdo.
Unde apā fiens a cā añte neceſſario ſit in pctō hūoruꝫ in
q̄nto ⁊ q̄li. Sꝫ cauſa ꝑmitia pōt accidere corpi mūdo. Uñ
cā ꝑmitiua nō facit niſi ad diſpōnis ⁊ corpis cognitionē:
q2 al'r curamꝰ apā accñs corpi mūdo: ⁊ al'r corpi repleto.
Unde ſi poſſumus ſcire qñ corpꝰ eſt mūdū vl' imūddum
abſqꝫ ꝯſideratōe cauſe ꝑmitiue: tūc de ea ingrere foret in
utile: ſꝫ hoc aliqñ ſciri nō pōt niſi ꝑ ꝯſiderationē cauſe pri
mitiue. ⁊ iō inutile eſt de eis aliqñ ingrere: q2 apā nō pōt
euenire corpi mūdo niſi a cā ꝑmitiua. vñ ſi apā nō adue‑
nit a cā ꝑmitiua iaꝫ ſtati: ſcio ꝙ ibi peccāt hūores aliquo
modo. Et ideo Aui. ⁊ Alya. docēt ꝯſiderare cauſā primi‑
tiuā. Et ꝓpter hoc eadeꝫ eſt cura quodāmodo apatis: qđ
ſit a cā ꝑmitiua que īuenit corpꝰ repletū ⁊ eiꝰ qđ accidit
a cauſa añti ſm̄ qđ appet ꝑ Aui. pº cāone fen 2ª. caº de cu‑
ratōne apatū: q2 in vtroqꝫ debemus purgare: poſtea de‑

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bemus mām repcutere. ¶ Uerū eſt tñ ꝙ minus indiget materia repercuſſione quando eſt a cauſa primitiua cū corporis repletōe: qꝛ materia eſt ibi plus ꝯculcata: ſm ꝙ appebit poſtea: ⁊ ꝓpt̄ hoc dixi ꝙ quodāmō eadē ē cura ¶ Item etiā cā ꝑmitiua facit ad cognitionē morbi: qꝛ ſi apā eſt a cā ꝑmitiua: ſcio ꝙ mā in ipo plus ꝯculcata eſt q̄ ſi ſit a cā añti. Et iō apā qḋ ē a cā ꝑmitia: ⁊ dato ꝙ cā ꝑmitiua adueniat corꝑi repleto īdiget minori repcuſſione q̄ illud qḋ eſt a cauſa añcedēti ſm ꝙ poſtea apparebit. Sic ergo appet ꝙ cauſa ꝑmitiua ñ facit niſi ad cognitionē diſpoſitiōis corꝑis: ex ꝯſequēti facit ad curationē: ſed non per ſe. Et per hoc patet rñſio ad textū. S. qñ dicit: dico ꝙ nihilominus ꝑmitiuū. ¶ Ad alias auctēs poſſumus rñdere dupl̄r: vno modo ꝙ auctores nō poſuerūt ꝯſiderationē de cauſa ꝑmitiua: qꝛ raro ꝯtingit ꝙ apā adueniat corꝑi mūdo: ſꝫ etiā ſi accidat a cauſa ꝑmitiua vt plurimū accidit corꝑi repleto: ⁊ tūc ꝙ eadē ē cura ipſius ſiue accidat a cauſa ꝑmitiua ſiue añcedēti: ⁊ iō auctores illi nō fecerunt mentionē de cauſa ꝑmitiua. Alio modo poſſum⁹ dicere ꝙ compꝛhendit cām ꝑmitiuā ⁊ ꝯſiderationē ipſi⁹ qñ ingrit vtrum corpus ſit repletū aut nō. ¶ Auicē. aūt ⁊ Alrabas vltra hoc fecerūt mentionē de cā ꝑmitiua vt ꝑ hoc declararent̄ nobis meli⁹ diſpōnes corꝑis ⁊ apātis ſꝫ ꝙ dictum eſt: ⁊ ideo iſti ſine dubio cōpletius ꝯſiderauerunt q̄ illi. ¶ Deinde cum dicit:

¶ Q: ſi obuiet mūdificatiōi nō ē neceſſariū niſi curatio apātis inquātū eſt apñia ⁊ curatio apoſtemat̄ iquātū apoſtema ē extractatio materiei extranee q̄ facit accidere apā: ⁊ illud fit per mollificatiua ⁊ reſolutiua lenia ſicut emplaſtrū de farina tritici cocta cum aqua ⁊ oleo.

¶ Hic ꝓſeqtur curam flegmonis facti a cauſa ꝑmitiua ſm ꝑdictā diuerſitatē: ⁊ diuidit̄ pars hec in duas: ꝑmo ponit curam flegmonis facti a cauſa ꝑmitiua qñ cauſa ꝑmitiua obuiat corpori mūdo. 2° pōit curā qñ accidit corꝑi repleto. 2ª ibi. (Cum aūt inuenit corꝑis repletionē.) Prima in duas: ꝑmo ponit modū curatiōis per euacuationē īſenſibilē materie apātis. 2° per euacuationē ſēſibilē. ſecūda ibi. (Et qñq: excuſat.) Dicit ergo ꝙ ſi obuiet ⁊c̄. ⁊ curatio apātis īquantū eſt apā eſt extractio mãe extranee. i. reſolutio ⁊ euacuatio mãe extranee de loco apātis. ¶ Ubi nota ꝙ euātio toti⁹ corꝑis non eſt curatio apātis inquātū eſt apā: qꝛ nō euacuat de mã que actu facit apā: vñ euacuatio totius corꝑis non directe reſpicit mām apātis: ſed ꝑ ipſā ꝓhibet̄ flux⁹ ad apā. ¶ Item etiā repcuſſio nō debet̄ apāti inquantū eſt apā: ſed debet̄ rōne materie fluentis que eſt parata facere apā vel apā factū augere: ſed cura apātis inquantū eſt apā eſt euacuatio ⁊ extractio materie de loco apātis: qꝛ ita directe reſpiciunt mām facientem apoſtema actu. Cum ergo in tali corpore mundo non ſit fluxus materie ad apoſtema cum ſit corpus mundū: ideo in tali apoſtemate nō eſt neceſſaria curatio apoſtematis niſi inquantū eſt apoſtema. ſ. extractio materiei extranee que fit per mollificatiua ⁊ reſolutiua lenia. ¶ Iuxta quod nota ꝙ reſolutiuū calidū apātis debet eſſe mollificatiuum. quia mollificatiua mitigāt dolorē ⁊ aperiunt poros ⁊ habilitant mām per totū equaliter ad reſolutionē materie. Et non debēt eſſe deſiccatiua: quia deſiccaret̄ ꝑmo ſubtile ⁊ relinqueret̄ groſſum. ¶ Iterū debet eſſe reſolutiuū lene ⁊ nō forte: qꝛ reſolutiuū forte in tali caſu nō competit tribus modis. Primo qꝛ reſolutiuū forte cū ſit velocis reſolutionis reſoluit̄ ſubtile ⁊ relinqtur groſſū ⁊ induratur. ¶ Secūdo nocet: qꝛ forte mordicat locū leſū ⁊ nō mitigat dolorem: qꝛ fortia reſolutiua ſunt multū calida: quoꝝ ē mordere: in hoc aūt caſu indigemus multū mitigatione doloris ne ꝑꝑ dolorē apoſtema augmētetur: licꝫ corp⁹ ſit mūdū. ¶ Tertio nocet rōne ſupcalefactiōis quā īducūt in mēbro: que maxime cauēda ē in apāte calō: ſic ꝙ ī tali apāte debēt poni reſolutiua lenia ⁊ mollia: ſicut emplaſtrū de farina tritici cocta cū oleo cōmuni ⁊ aqua: qꝛ illḋ emplaſtrū rōne olei reſoluit ⁊ mollificat eo ꝙ oleum eſt reſolutiuū ⁊ mollitiuū ſm ꝙ apparet ꝑ Gal. in de ſimplicib⁹ medicinis. Rōne tritici. ſ. farine q̄ aliquātulū calida eſt reſoluit: rōne aque mollificat.

¶ Et quādoqꝫ excuſat ſcarificatio laborē ⁊ ꝓꝑꝛie qñ apoſtema eſt multe mãei.

¶ Hic Aui. ponit aliū modū curādi per euacuationē materie ex loco apōſo. Nā modus euacuādi ꝑdictus fit īſenſibiliter per poros. Iſte vō modus euacuādi eſt alius: qꝛ ſenſibil̄r ſm ꝙ īnuit Gal. in tegni. caplō de cura apātum Uñ dicit: qñqꝫ excuſat ſcarificatio laborē. ſ. in reſoluēdo cū medicinis ſolū. Dicit autē laborem: qꝛ maior labor eſt euacuare mām apātis cū reſolutiōe medicinaꝝ q̄ cū ſcarificatiōe: qꝛ reſolutio cū medicinis nō fit ſtatī: ſed in longiori tpe q̄ reſolutio cū ſcarificatiōe: qꝛ ibi mã reſoluitur īſenſibiliter ꝑ poros q̄ ſunt ſtricti: ſed ī ſcarificatione ſunt vie large: vñ mã corpus egredit̄: mō omnis cura dr̄ laborioſa. ⁊ iō dicit Aui. laborē: ⁊ ꝓꝑe qñ apā eſt multe materiei: ſupple debet curari ſcarificatiōe: qꝛ cū euacuatio ꝑ reſolutionē ſit debilis: veꝝ eſt ꝙ non competit ī multa mã eo ꝙ nō reſolueret̄ niſi in valde lōgo tpe ⁊ nimis manēs in mēbro poſſet eē cā corruptiōis mēbri: ⁊ ideo tūc maxime cōpetit ſcarificatio: qꝛ cauet̄ dcm̄ periculū potēs euenire in mēbro: ⁊ ꝓꝑꝛie qñ eēt hic ſanguis ex cōtuſione ꝯtuſus ⁊ cōculcatus ne ꝑus talis ſanguis q̄ reſoluat̄ putrefiat ⁊ corruptionē in mēbro pariat ⁊ mortē. ¶ Ulteri⁹ etiam intellige ꝙ poſt ſcarificationē debes apponere emplaſtrū reſolutiuū ⁊ mollificatiuū. Uñ nō itelligit Aui. quando dicit ꝙ ſcarificatio excuſat laborē in reſoluendo abſqꝫ adiutorio adminiſtrationis medicinaꝝ reſoluentium: ſed intelligit ꝙ vltra medicinas debet fieri ſcarificatio: vt materia citius egrediatur ⁊ reſoluatur maxime in caſu vbi competit.

Sed circa iſtā partē ē dubitatio. Dic̄. n. Aui. ꝙ qñ cā ꝑmitiua obuiat mundificationi corporis non eſt neceſſaria niſi curatio apoſtematis inquantū eſt apoſtema. Sed videt̄ ꝙ quantūcūqꝫ obuiet corpori mundo: tamē oportet corpus euacuare ꝑ textū Gal. ī tertia particula de īgenio ſanitatis. dicētis. Et non ſolum in plenitudine corporis: veꝝ etiā in eo tpato exiſtētie purgatio confert ꝓpter magnitudinē morbi: nā dolor ⁊ calor ſunt cauſa attrahēdi materiā ad apoſtema lꝫ corporis ſupfluitas non abundet. ¶ Ad hoc eſt dicēdū ſine dubio ꝙ vt dicit Auicē. ꝙ ſi cauſa primitiua obuiet corpori mūdo nō eſt neceſſaria curatio apoſtematis niſi inquantū eſt apoſtema. ſ. euātio materie ⁊ ipſius eradicatio de ſuo loco apoſtemoſo: ſed iſta euacuatio materie aliquando fit per eandē partem ſicut fit per ſcarificationem ſuper locum: vel per reſolutionē cum medicinis aliquādo fit per deriuationem ad aliam partē. Modo quādo Galie. dicit. Q: non ſolū in plenitudine corporis ⁊c̄. Dicendū ꝙ intelligit de purgatione non de illa que debetur toti corpori que competit quādo corpus eſt plenum: ſed intelligit de ea purgatiōe que eſt quaſi deriuatio ad modū purgationis. vnde nō dicitur talis purgatio euacuatio. quia non eſt euacuatio de qua ſit curādū: ſed potius dr̄ deriuatio. Et ꝓpterea quādo purgam⁹ vel flebotomamus rōne egritudinis magne ⁊ non rōne toti⁹ debemus paꝝ euacuare. qꝛ nō euacuamus: tūc niſi vt deriuemus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cū aūt īueneris corꝑis repletionē: tūc

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

opꝫ vt non tangas apoſtema cum mollificatiuis: qñ attrahet̃ ad ipſuꝫ ſupꝛa qḋ reſoluatur ab eo: imo opoꝛtet vt euacuetur materia per flebotomiã ⁊ foꝛtaſſe indiget ſolutione ventris: ⁊ cum feceris illud adminiſtra mollificantia.

¶Hic ponit curã flegmonis facti a cauſa ꝓmitiua quãdo cauſa pꝛimitiua obuiat coꝛpoꝛi pleno: ⁊ diuidit̃ in duas: qꝛ ꝓmo facit hoc. ſecũdo comparat apoſtema hoc ad apã dictũ in curatiõe penes cõuenientiã ⁊ dr̃ntiam. ſecunda ibi. (Et eius qḋe curatio) Dicit ergo. Cũ aũt a cauſa ꝓmitiua inuenitur coꝛpoꝛis repletio: tũc opꝫ vt nõ tãgat apoſtema cũ mollitiuis. i. nõ opꝫ te incipere a curatiõe apãtis inquãtũ eſt apã. ſ. extrahere ⁊ reſoluere mãm apãtis: eo ꝙ adueniet illud nocumẽtũ qḋ Aui. ponit dicẽs: Quoniã attraheretur ad ipſum ⁊c. imo opꝫ vt euacuet̃ materia ꝑ flebotomiã. ſ. ante adminiſtrationẽ reſolutiuoꝝ ⁊ mollitiuoꝛuꝫ. Et foꝛtaſſe indiget ſolutione ventris. ſ. vt qꝛ habeat ventrem conſtipatum vel abũdet cum ſanguine aliquis humoꝛ alioꝝ. Et cum feceris illud tunc adminiſtra mollitiua. i. reſolutiua lenia que dicta ſunt.

¶ In pte iſta Aui. docet remouere ꝑdicta nocumēta: ⁊ dicit: Si v̇o apparet aliqd. i. de his ꝑdictis nocumentis ⁊c̄. ⁊ nō expectes collectionē nec maturationē ſupple in tali nigredine: q̄ꝛ nō fiet maturatio: imo potius mēbrum corrūpetur. Vñ ſtatiꝫ qñ apparet hoc accñs debet fieri ſcarificatio vt egrediatur ſanguis malus cōſtrictus in apoſtemate. Et non expectet̄ collectio nec maturatio humoris ⁊ illud qñ vides: hoc eſt maxime tunc nō expectet̄ maturatio: imo ſtatiꝫ fiat ſcarificatio qñ illud qḋ eſt effuſuꝫ eſt pl'm valde. i. qñ talis mã apoſtematis eſt plurima valde: q̄ꝛ tunc minus pōt ei dominari nã ⁊ citius mēbrū corrūpitur. Et fortaſſe mēbrū morit̄ ſupple ex nimia īfrigidatione ⁊ tūc idiget abſciſione vł cauterio cū igne vt remoueatur tota caro corrupta vel idiget cauterio cū medicīa ſicut eſt cū calce ⁊ ſapone piſtata cū forti capitello poſita ſuper locū denigratū vbi nō eſt neceſſaria abſciſio membri totius ſꝫ remouere aliquā partē corruptā.

¶ Et ſcalpellationis alia eſt magis apparēs ⁊ alia magis ꝓfunda ⁊ illud eſt ſm locū apoſtematis ⁊ diſpoſitionē mēbri: ⁊ cū ſcalpellaueris tunc embroca cū aq̄ maris ⁊ reliq̄s aquis ſalſis: ⁊ emplaſtra cum eo in quo eſt mollificatio. ⁊ ſi nō indiges rarificatione ⁊ embrocatione: ſis contentus mollificatiuis.

¶ Hic diſtinguit de ſcalpellatiōe: qm̄ ſcalpellatio dꝫ fieri. ⁊ id eſt ſm locū apatis: ⁊ q̄ꝛ ſi apoſtema ſit in loco neruoſo nō debemus facere ita ꝓfundā ſcalpellationē ſicut qñ eſt in loco carnoſo vbi ſecurius poſſumus ſcalpellare. Et diſpoſitionē mēbri. i. ſm maiorē vel minorē corruptionē in mēbro q̄ꝛ ſm ꝙ maior vel minor eſt corruptio in mēbro: ⁊ ſm hoc ſcalpellatio dꝫ eſſe magis ꝓfunda ⁊ minus ꝓfunda. Et cū ſcalpellaueris tunc embroca locū cū aqua maris ⁊ reliq̄s aquis ſalſis eo ꝙ iſte aque deſiccāt reſiduū corruptū. Et emplaſtra locū ſupple poſt ſcarificationē ⁊ embrocationē cū eo ī quo eſt mollificatio. i. cū emplaſtris mollitiuis ⁊ reſolutiuis ſicut eſt emplaſtrū dictū ſupra: ⁊ bonū emplaſtrū eſſet ex faria ordei ⁊ maluauiſco ⁊ farina fenugreci ⁊ ſeminis lini. ¶ Et nota iuxta ꝑdicta ꝙ qñcūqꝫ tu vides mēbꝝ liueſcere ſiue ꝑ ſe ſiue propter ineptā curam: ſupple tu ſcarificatio ⁊ lauatio eſt neceſſaria cū aqua ſalſa ⁊ poſitio ventoſarū vel ſanguiſugarū ⁊ poſtea apponere emplaſtra mollitiua ⁊ reſolutiua eo ꝙ id eſt optima cura. Et ſi nō indiget ſcarificatione vt q̄ꝛ nō ſit ibi tāta magnitudo ⁊ corruptio mēbri ſiue in mēbro ſꝫ iam incipiat mēbrū tendere ad hoc tunc ſis cōtentus mollitiuis: q̄ꝛ qñ nō eſt tantū nocumentū pōt remoueri per mollitiua reſolutiua q̄ dicta ſunt ꝑus ſine ſcarificatione. Tunc ſequitur illa pars:

¶ Et ſcias ꝙ adminiſtratio eorū que fortiter repcutiūt in ꝑmis ⁊ eorū q̄ fortiter reſoluūt in fine ē mala: caue ergo quātū potes. Infrigidatio eñ vehemēs ꝑducit ad illud quod ſciuiſti. ⁊ aqua frigida ſimiliter eſt de illis que oportet cauere niſi in eis que ſunt ſicut heriſipilla: ⁊ in reſolōne vehementi accidit dolor.

¶ In qua pte ponit quendā canonē generalē de nimia repcuſſione ⁊ nimia reſolōne: ⁊ dicit: Et ſcias ꝙ adminiſtratio ⁊c̄. fortiter. i. nimis fortis in ꝑmis. i. ī ꝑn° apoſtematis ⁊ eoꝝ q̄ fortit̄ reſoluūt ī fine. i. in ſtatu apoſtematis: ⁊ etiā poſſumus ītelligere ꝑ finē. i. declinationē apoſtematis: q̄ꝛ vtrobiqꝫ nocet nimia reſolō ad illud qḋ ſciuiſti. i. ad ꝑdicta nocumēta q̄ dicta ſunt prius: ⁊ aqua frigida ſilr eſt de illis que oꝫ cauere. ſ. in ꝑncipio flegmōis: q̄ꝛ aqua frigida eſt nimis repcuſſiua: ⁊ intellige aqua frigida pura q̄ꝛ admixta cū aceto vel ceroto: vt dictū fuit ſupra bñ pōt adminiſtrari: ſed pura nō eſt bona in ꝑncipio flegmōis: q̄ꝛ nocet in ſe ratione nimie frigiditati: ⁊ rōne nimie humiditatis: q̄ꝛ oꝫ medicinā repcuſſiuā flegmōis eſſe deſiccatiuā ſtipticā: vt dictū fuit ſupra: niſi in eis que ſunt ſicut heriſipilla. i. niſi in flegmonib° heriſipillatis. q̄ꝛ in heriſipilla bene pōt adminiſtrari aqua frigida: ſicut apparebit poſtea: eo ꝙ in heriſipilla q̄rit̄ maior alteratio q̄ꝫ in flegmōe: in flegmone aūt querit̄ maior reſolutio: q̄ꝛ in flegmone eſt mã magis ꝯſtricta q̄ꝫ ibi: ⁊ ideo in heriſipilla vel in flegmonibus q̄ ſunt quaſi heriſipilla bñ pōt adminiſtrari aq̄ frigida in ꝑncipio ſm ꝙ melius apparebit in caplō heriſipille. ⁊ in reſolōne forti accidit dolor. mōhic oñdit: q̄ꝛ cauēda eſt nimis fortis reſolutio: q̄ꝛ nimis fortiter reſoluētia inducūt dolorē: eo ꝙ talia ſunt nimis calida: nimis autē calida mordēt: ⁊ inducunt dolorē: vt habet videri in tegni. ꝓpter dolorē aūt attrahunt̄ plus humores q̄ꝛ oīs dolor exacuit reuma. ⁊ ideo dicit Gal. de igenio ſanita. Caue dolorē inq̄ꝫtū potes: qm̄ nihil eſt cā apoſtematis ſicut dolor. Item ſunt cauenda fortia reſolutiua nimis ꝓpter aliud q̄ꝛ reſoluūt ſubtile ⁊ derelinquūt groſſum: vt dictū fuit ſupra: ſic ḡ in apoſtematibus cauēda ſunt nimis fortiter repcuſſiua ⁊ nimis fortiter reſolutiua. Tenendū eſt ergo mediū in vtroqꝫ.

¶ Si ergo volueris regere ī ꝑncipio cū ſedatiōe doloris nō approxies eis aquā calidā ⁊ olea mollificātia ⁊ emplaſtra facta ex huiuſmodi medicinis: ipa eñ vehemēter ſunt cōtraria ei qḋ eſt neceſſariū de ꝓhibitiōe effuſionis. Et redeas ad bolū armenū ſolutū in aqua frigida aut cū oleo roſa. ⁊ melius oleū roſa. eſt illud qḋ eſt ex roſis ⁊ oleo: ī oleo q̄ppe eſt reſolutio quedā: aut lentes decoctas cū roſis: aut merdaſengi cū oleo roſato.

¶ Supius Aui. docuit q̄ſdā medicīas repcuſſiuas q̄ cōpetūt ī ꝑn° flegmōis: ⁊ docuit ēt remouē qḋdā nocumētū qḋ pōt accidere ex illis: ⁊ poſuit quēdā canonē de nimia repcuſſione ⁊ nimia reſolōne. In pte iſta īfert quēdā canonē de remotōe cuiuſdā accñtis flegmonis. ſ. doloris di

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cens:Si ergo volueris regere in ṗncipio ⁊c.

Sed hic eſt dubiū p°.q: dic Aui.q: ſi volueris regere cū ſedatiōe doloris nō approximes eis aquā calidā ⁊c.q: id videt̃ ɔtrariū Ga.6.de ingē.ſani.Dic̃.n.ibi.Aq̃.n.cal'a mitigat dolorē ⁊ cās apat'.

¶Propterea Aui.videt̃ ɔtrariari ſibiipſi: q: dic̄ ꝙ nō debēt approxiari olea mollitia ⁊ empl'a facta ex ſemib° qñ volum° ſedare dolorē fl'onis:ſ3 dixit ſupi° ꝙ mollitia ſūt ad dilatādos poros ⁊ ad ſedādū dolorē fl'onis:ḡ tūc ſi voluerī regē apa cū ſedatōe dolorī debeo admiſcē mollitia ⁊ ēpl'a fctā ex talib° medicis mollitis.¶Dōz ē ꝙ dolor pōt ɔtigere i apate duob° modis.vno° rōne male cōpl'onis ⁊ flux° q ē ibi:⁊ talis dolor ē maxie i ṗn° apatis.Ali° eſt dolor q ɔtingit ex ɔſtrictiōe hūoris in apate ⁊ ex ɔculcatiōe ipius:mō ṗm° dolor ſedat̃ cū repcuſſiuis ⁊ nō cū mollitiuis:q: repcuſſiua alterāt malā cōpl'onē ⁊ ꝓhibēt curſum mãe.⁊ ꝓpter h dixit s̃ Aui.Et hūectatio in ṗn° eſt timoroſa:⁊ de tali ſedatiōe doloris itelligit h Aui.⁊ iō bñ dixit in ṗn° Aui.S3 ſcōs dolor ſedat̃ cū mollitiuis ⁊ apientibus poros:⁊ iſto mō locut° fuit Aui.ſupra cū dixit ꝙ mollitiua ſunt ad dilatādū poros ⁊ ad ſedādū dolorē.ſ.q eſt poſt ṗnm:q: ex h ꝙ dilatāt poros rarificāt mēbrū ⁊ reddūt mām aptā reſol'oni ⁊ faciūt eā euaporare:⁊ iō ſedant dolorē:vñ qñcūq3 ɔtingit dolor ex ɔſtrictiōe humoꝝ ſedat̃ p mollitiua ⁊ reſolutiua lenia: ⁊ h ē qð ſubdit Auic. in ſequēti pte.Si vō iſta nō valēt: h eſt nō ſufficiāt ad ſedandū dolorē vt q: dolor ſit ibi ex ɔſtrictiōe humoꝝ ⁊ h eſt qñ apa iā trāſiuit ṗnm ⁊ eſt in augmento tūc adminiſtra volubilem ⁊c. Et iſto mō ēt itelligit Ga.6.d ige.ſan. cū dicit:Aq̃ vō cal'a q̄ mitigat dolorē oīs apatis.Auic.aūt h dicit ꝙ nō adminiſtres aquā cal'a3 ⁊ mollitiuā ad ſedādū dolorē in ṗn°:q: ille dolor ē ex mala cōpl'one ⁊ effuſiōe mãe:⁊ iō d3 ſedari p repcuſſiua ⁊ nō p mollitiua:q: mollitiua ſūt vehemēter ɔtraria ei qð nec̄iu3 ē de ꝓhibitiōe effuſionis:vt dicit Aui.in lr̄a:⁊ iō Aui. nō ɔtrariat̃ ſibi ipſi nec etiā dicto Gal.'⁊ iſta verba extrahūt̃ ex dictis Gal.in lib° de ſimplicib° medicinis cap.de mitigatiuis doloris.

¶S3 redeas ad bolū armenū ſolutū in aq̃: q: id repcutit ⁊ alterat cōpl'onē cal'a3 ⁊ meli° oleū roſa. eſt id qð eſt ex oleo ⁊ roſis.Dicit h Aui.q: vt dicit Gali.i lib° de ſimpli. medicis āttq miſcebāt ſalē i oleo ꝗppe.ſ.ro.ē reſol'o q̄dā. dicit q̄dā q: pauca ē ibi reſol'o ſ3 ē q̄ſi tēperatū.⁊ iō dicebāt auctores ꝙ calefacit ⁊ ifridat:⁊ iō dixit Aui.p tāto h verbū:vt ꝙ ē meli° oleū ro. qð eſt ſolū ex oleo ⁊ roſis q̄3 ſi admiſceat̃ ibi ſal:⁊ tūc ñ erit ita mitigatiuū doloris:eo ꝙ eſt nimis reſolutiuū rōne ſalis:⁊ ſi nō admiſcet̃ ibi ſal tūc in eo erit pauca reſol'o. Et iō optimū erit cū bolo armeno in ṗn° flegmōis ad ſedādū dolorē.aut lētes coctas cū roſis mollificent̃ ṗus lētes in aq̃:⁊ poſtea coquant̃ cū roſis:poſtea terant̃ ſil' ad modū emplaſtri: illud enī erit optimū empl3 ꝓhibitiuū flux° mãe:⁊ alt̃atiuū cōpl'onis. aut ad merdaſengi.i.ad litargirū ductū in mortario cu3 oleo ro.in modū vnguenti.Tunc ſeqtur illa pars:

¶Si vō iſta nō valēt ⁊ q̄ eoꝝ curſu currūt adminiſtra volubilē: qm̄ ipa ē vehemētis iuuamēti in ṗncipio ⁊ ſtatu ⁊ alſirēgi ⁊ albaſce ⁊ apiū ⁊ albedarungi ſilr̄. Et multotiēs qdē ſedat dolorē vinū dulce mixtū cū oleo ro. imo cōgelatū vue ⁊ paꝝ cere ſup lanā aut lana yſopi ifridata i eſtate tepefacta i hyeme: aut ſpōgia infuſa i vino ſtiptico aut aceto aut aq̃ frigida: ⁊ crocus igredit̃ i ſedatiōe dolor] Cū ergo vides iceptionē apoſtematis icedē itinē exiture tūc dimitte ifrigidationem ⁊ incede in viam eius qð maturat ⁊ aperit.

¶In iſta pte Aui.poſtq̄3 poſuit q̄ſdā medicias repcuſſiuas q̄ cōpetūt i ṗn° flegmōis ⁊ ſedāt ei° dolorē i ṗn°. In iſta pte ponit medicias q̄ſdā cōpetētes magī i augmēto: veꝝ ēt q: Aui.iter illa itermiſcet q̄ſdā medicias repcuſſiuas q̄ cōpetūt poti° i ṗn°.dic̄ ḡ:Si vō iſta ñ valēt.i.ſi ṗdicte medicie repcuſſiue ñ ſufficiūt ad ſedādū dolorē:vt q: dolor nō ſolū ſit ibi ex mala cōpl'one ⁊ fluxu mãe: ſ3 ēt ſit ibi ex ɔſtrictiōe hūorī quē o3 reſoluē:⁊ h ē q: iā apa trāſiuit ṗncipiū ⁊ puenit ad augmētū:q: añ id tp̄s nō poſſum° ponē mollitia ⁊ reſolutiua tūc admiſtra volubilē:q: volubilis eſt apitiua poroꝝ ⁊ mollitia ⁊ iō ſedāt dolorē ex ɔſtrictione hūoris i apate:⁊ h ē qð ſubdit Aui.qm̄ ē vehemētis iuuamēti i ṗn° ⁊ ſtatu.Et itellige i ṗn°.ſ.augmēti.ē.n.iuuatia i ṗn° augmēti q: ē mollitia ⁊ apitiua poroꝝ cū pua cal'itate:vl' ſi itell'r i ṗn° apatis tūc ē iuuatia i ṗn° pmixta cū repcuſſiuis:⁊ maxie cū i ṗn° ɔtigeret dolor ex ɔſtrictione hūoꝝ fcā p nimiā repcuſſionē:⁊ ēt ē iuuatiua in ſtatu apatis pmixta cū aliis mollitiuis ⁊ reſolutiuis cu3 ipa ſit apitiua ⁊ reſolutia ſic̄ appet p Aui.i.2.li.⁊ alſirēgi.i.minium cū q̄ pingit̃ ⁊ alachaſech.i.ſticados:⁊ apiū ⁊ albedorogi ſilr̄.i.baſilicō amplū cū foliis latī:Oia iſta pñt adminiſtrari i augmēto admixta cū repcuſſiuis qm̄ reſolutiua ſūt.Et multotiēs ſedat dolorē vinū dulce mixtū cū oleo ro.q: id medicamē eſt ptim repcuſſiuū ⁊ ptim reſolutiuū vñ cōpetit i dolore flegmōis exñtis i augmēto: dic̄ aūt vinū dulce:q: vinū dulce eſt min° ſiccatiuū ⁊ plus hūectatiuū q̄3 aliud:exiccatio aūt nō cōpetit in flegmōe niſi i fine ſ3 añ finē cōpetūt mollitia reſolutia ⁊ maxie in augmēto. ⁊ ꝓpt h Aui.ſubdit:imo ɔgelatū vue ⁊ paꝝ cere ſupple cū oleo roſa.poſitū ſup lanā.i.ſup carpiā ſu.ſedat dolorē Et dic̄ Aui.imo q: plus cōpetit cōgelatū vue añ finē flegmōis:ſicut i augmēto q̄3 vinū:q: nō eſt ita exiccatiuū: p ɔgelatū vue intelligit fabā q̄ fit ex vino mixto cocto vſq3 ad ſpiſſitudinē mell'.vñ faba nō eſt tm̄ exiccatiua ſic̄ vinū imo ē plus mollitia ⁊ min° cal'a:vt dic̄ Serapio i ſuo antidotario:vñ ſi admiſceat̃ cū cera diſtēpata ⁊ oleo ro.erit medicamē optimū i augmēto flegmōis ⁊ ſedatiuū doloris.Et lana yſopi.i.lana ſuccida pinguis:⁊ dr̃ lana yſopi q: ex tali lana fit yſop° hūida ſm ꝙ dr̃ i.2.li. ſupple ⁊ tal' lana ſedat dolorē:q: ē mollitia ⁊ r̃ſolutia ifridata i eſtate ⁊ itellige h ṗterq̄3 i neruis ⁊ i capite:⁊ maxie iſtis diſcooptis qñ ē ibi apa:q: ibi debent apponi oīa calida actu aut ſpongia ifuſa i vino ſtiptico aut aceto ⁊ aq̃ frida poti° cōpetit in ṗn° q̄3 in augmēto:⁊ iō ſupi° poſuit id medicamē Aui.inter medicias repcuſſiuas:⁊ crocus ingredit̃ in ſedatiōe doloris:q: crocus eſt apitiuus ⁊ reſolutiuus ⁊ ſtipticus eſt:⁊ iō manifeſte conuenit in augmēto admixtus cū medicis repcuſſiuis ⁊ mollitiuis:q: reſoluit ⁊ adiuuat ſtipticitatē ⁊ ſiccitatē mediciaꝝ repcuſſiuaꝝ ſm ꝙ dictu3 fuit s̃.⁊ iō cū h ꝙ reſoluit ꝓhibet fluxū mãei ad locū:⁊ iō crocus maxie igredit̃ in ſedatiōe doloris maxie qñ apa eſt in augmēto.Tunc ſeqtur illa ps:(Cū ḡ videris iceptionē apatis.)in q̄ itermiſcet quendā canonē de curatiōe apatis qñ incedit in viā exiture.i.in viā collectiōis ſaniei. Et dicit ꝙ qñ vides apa incedere i viā exiture hoc eſt ꝙ colligat:tūc dimitte infrigidationē.i.dimitte medicinas repcuſſiuas:⁊ icedas ſolū cū eis q̄ maturāt.ſ.ṗmo ⁊ aperiūt.i.reſoluūt:vel expone cū eis q̄ maturāt.ſ.ṗmo: ⁊ poſtea cū eis q̄ apperiūt apoſtema maturū:q: ṗmo debem° maturare apa:⁊ poſtea apire vel cū medicis ſi poſſumus vel cū ferro.Et bonū maturatiuū eſt ſicut ē empl'm ex farina tritici cū aqua ⁊ oleo ⁊ croco cocta. illud enī eſt optimū maturatiuū qð pducit flegmōes ad maturationē in quibus eſt duricies quaſi ad modū ſcliroſis vt multotiens ſum expertus.Tunc ſequitur illa pars:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Cū āt apā ꝑuenit ad ſtatū: tūc neceſſaria ſūt q̄lia ſūt anetū ⁊ camemilla ⁊ maluauiſcꝰ ⁊ ſemē lini ⁊ ſiliā: imo ēpl'a q̄ nomiant̄ baſilicō ⁊ q̄ noīantur diaquilon.

¶ In q̄ pte ponit medicinas q̄ſdā q̄ cōpetūt ī ſtatu flegmonis: ⁊ pȝ qđ dicit. et itelligas h̄ de diaglon qđ diaglon valet ī ſtatu apātis: q2 ē reſolutiuū mollitiuū. Itē valet etiā maxie qñ exalauit ſubtile ⁊ remāſit groſſū: ⁊ valet precipue qñ ps ſubtilis ꝑuenit ad maturationē rōne cuiꝰ rūpitur apa ⁊ eſſet ibi qđdaȝ trumbū ſaniei ⁊ derelicta eſt ps groſſa in circuitu q̄ nō ꝑuenit ad maturationē: in tali eni maxime appropriat̄ diaquilon. Tunc ſequitur illa pars:

¶ Et emplaſtū de colcotar exiccat abſq3 dolore: et ꝑpter illud eſt eiꝰ admiſtratio incōueniēs cū fit inflāmatio fl'onis: ⁊ eſt cōueniēs qñ nō timet̄ aggregatio: ⁊ melius eſt vt ponas ſuꝑ ipam deſuꝑ lanam infuſam in vino ſtiptico

¶ In q̄ pte ponit q̄ſdā medinas q̄ cōpetūt in declinatione flegmonis q̄ medicine debēt eſſe deſiccatiue: vt dictū fuit ſupra. Dic. Et emplaſta de colcotar. i. diapalma deſiccat abſq3 dolore: ⁊ iō ſu. cōpetūt in fine flegmōis: q2 in fine cōpetit dſiccatio ⁊ reſol'o: ⁊ ꝑpter id eoꝝ admiſtratio ē icōueniēs cū fit iflāmatio flegmōis: q2 tūc qñ eſt inflāmatio flegmōis cōpetūt repcuſſiua alterātia cōpl'onē: ⁊ iō ñ debēt admiſtrari talia empl'a in ꝑncipio nec ī augmēto fl'onis: nec ī ſtatu: q2 ibi ꝯpetūt reſolutiua mollitiua lenia: vt dictū ē ꝑus. Et ē cōueniēs eoꝝ admiſtratio qñ nō timet̄ aggregatio. i. collectio ſaniei: hoc ē qñ nō timet̄ ꝙ apoſtema termineᷣ ad collectioneȝ ſaniei: q2 qñ timemꝰ ꝙ apa termiueᷣ ad collectionē ſaniei debemꝰ ponere maturatiua ⁊ nō deſiccatiua: ſȝ ſi timet̄ ꝑ reſol'onē: tūc ꝯueniūt iſta exiccātia. Et meliꝰ ē vt iponas lanā ifuſaȝ ī vino ſtiptico: q2 tale vinum deſiccat: ⁊ ideo cōpetit in fine flegmonis.

¶ Et caro minꝰ idiget exiccatiōe q̄ȝ neruus: qm̄ neruꝰ nō redit ad ſuā cōpl'onē cū exiccatiōe ꝑua: ⁊ caro mioris neceſſitatis eſt que pauciores habet arterias.

¶ Modo hic q2 in curatione nō ſolū admiſtrant̄ medicie hēndo reſpectū ad morbū: ſȝ ēt ad cōpl'onē mēbri: vt dic Gal. 3ᵒ d igenio ꝑ totū: q2 mēbrū cōpl'onis ſicce idiget medicina magis ſicca rōne cōplexiōis: iō Aui. dicit ꝙ ſm diuerſitatē mēbroꝝ medicie debēt eſſe magis deſiccatiue ⁊ minꝰ. Et iō dicit: Et caro minꝰ idiget exiccatiōe q̄ȝ neruꝰ. Et ſubdit cāȝ hꝰ: qm̄ neruꝰ ⁊c̄. Et caro q̄ mioris neċitatꝭ ē ſcȝ i exiccatōe ē q̄ hȝ pauciores artarias ſupple ⁊ pauciores neruos: q2 iſta nō ſic ē cōpl'onis ſicce. Tūc ſeq̄t illa pars:

¶ Et multotiēs q̄dē cadit neceſſitas ſcalpellandi ante maturationem.

¶ In q̄ pte ponit quoſdā canōes in curatōe flegmōis ꝑut flegmō ꝯuertit̄ ad ſaniē: ⁊ diuidit̄ in tres ptes ſm ꝙ tres canones ponit. 2ª ibi (Et multotiēs) 3ª ibi (Et de apātibꝰ calidis.) Dicit ḡ ꝙ multotiēs eſt neċe ſcalpellare añ maturationē, i. añq̄ȝ fiat maturatio: ⁊ hoc eſt qñ eēt hūor cōſtrictꝰ valde in apāte et multꝰ vel ex frigido vel ex nimia repcuſſiōe: in tali. n. caſu. vt dicm̄ fuit ſupra facimꝰ ſcalpellatōnē añ maturationē vt egrediat̄ ſāguis malꝰ ꝯſtrictꝰ i apāte ne corrūpat̄: ⁊ ꝑ ꝯñs corrūpat̄ mēbꝝ ⁊ mortificet̄.

¶ Et multotiēs igeniat̄ i attrahēdo apa ex mēbro nobili ad ignobile cū attractiuis: deinde curatur ⁊ aperitur.

¶ Hic ponit 2ᵐ cañ. Et dic. Et multotiēs igeniat̄ in attrahēdo ex mēbro nobili ad ignobile: ſic̄ eſt ī locis emūctorijs cū attractiuis. ſ. cal'is vel ventoſis vel ſanguiſugis: vt ponit Auic. in ꝑmo. deinde cura. i. mā cuȝ empl'is. ſ. maturatiuis: ⁊ poſtea aperiat̄. Rō aūt hꝰ dicti eſt ſupra poſita ⁊c̄. q2 meliꝰ ē ꝙ fiat apa in mēbro ignobili ⁊ emūctorio q̄ȝ remaneat in nobili ⁊ faciat apoſtema ſm ꝙ etiā ponit Auicen. in primo. Sequitur illa pars:

¶ Et de apātibꝰ calidiſ q̄ idigēt ſanioſitate emplaſtret̄ caput eiꝰ cū pſilio ⁊ cū extinctiuis ī circuitu eiꝰ: et limat̄ ex apātibꝰ ⁊ emplaſtris cū pēna: qm̄ digiti ledūt ipȝ.

¶ In q̄ pte ponit tertiū canone. Et dic. Et de apātibꝰ cal'is que idigēt ſanioſitate hoc ē: q2 debēt ꝑuenire ad ſaniem. emplaſtretur caput eius cum pſilio ſu. vel cuȝ ſimilis repercuſſiuo illi. Et cum extractiuis.

Sed hic eſt dubiū de hoc qđ dicit Auic. dicit ꝙ apāta cal'a valđ q̄ idigēt maturatōe debēt emplaſtari cū pſilio ⁊ ſilibus. ¶ Sed hoc eſt cōtra qđ ſuperiꝰ dixit ibi. ¶ Cuȝ ergo vides inceptionē apātis incedere itinere exiture: tunc dimitte infrundationeȝ ⁊c̄.

¶ Preterea hoc eſt ꝯtra illū afforiſmū ypo. q dicit: Calidū ſaniē faciēs. Ponit eni ypo. ꝙ medicia faciēs ſaniē eſt cal'a ⁊ nō frigida: ḡ tūc videt̄ male dicere Auic. q dicit ꝙ emplaſtret̄ caput taliū apātū cuȝ pſilio ⁊ cum alijs extinctiuis in circuitu. ¶ Dicendū eſt ad hoc ꝙ ꝑncipaliter ⁊ per ſe vt in pluribus medicina faciens ſanieȝ debet eſſe calida: vt poſuit Auicen. ⁊ ratio huiꝰ apparebit poſtea in proceſſu: ſed per accidens et in caſu: vt hic ponit Auicē. pōt eſſe medicia maturatiua frigida: ⁊ hoc eſt ſicut ponit Auicē. in apoſtematibꝰ valde calidis: ⁊ talia apoſtemata ſunt ſicut apoſtemata heriſipillata: quia in talibꝰ apoſtematibus valde calidis naturalis calor valde inflāmatur intantuȝ ꝙ ꝓhibetur eius operatio que eſt digerere materiam ⁊ eam conuertere in ſaniem: ſed ſi apponatur medicamen frigiduȝ: tunc prohibetur talis inflāmatio caloris naturalis: ⁊ ideo tūc calor naturalis cōfortatur ex appoſitione talium frigidoꝝ: et tūc agit in materiā apoſtematis: ⁊ eam cōuertit ad ſaniem. Iterum etiaȝ quia in talibus apoſtematibꝰ calidis fit exalatio ſpiritus ⁊ caloris magis per frigidum: aut prohibetur talis exalatio. et iō adiuuat ad faciendūȝ ſaniem per accidens. Iterum ſi nō apponeretur medicina frigida ꝑpter itenſaȝ eius caliditatem rumpetur tale apoſtema anteq̄ȝ digerat̄. ⁊ iō in tali caſu ſunt apponēda frigida medicamina: etiā quando volumus maturare. Q2 ergo dicit q2 Auicen. dicit: Cum ergo vides ⁊c̄. Dicendū ꝙ ibi loquitur Auic. vt in pluribus regulariter. Iterum quādo Ipo. dicit: Calidū ſaniē faciens. intelligit hoc per ſe ⁊ vt in pluribus: ſed per accidens ⁊ in caſu nihil prohibetur ꝙ medicamen frigiduȝ ſit maturatiuum ſicut in apoſtematibꝰ valde calidis: ſed hic ponit Auicen. ⁊ limatur ex epythimatibꝰ ⁊c̄. quoniaȝ digiti ledunt ipſum: q2 ꝑpter caliditatem ibi intenſaȝ eſt maximus dolor: ⁊ ideo quanto tactus poteſt fieri cuȝ maiori facilitate tanto eſt melius: quia tunc fiet tactus facilior: ⁊ ideo dicit Auicen. alibi. Et ſi tactus fuerit neceſſarius fiat cū facilitate. Et cām hꝰ reddit Gal. illo v̄bo: Caue dolorē quātū potes: qm̄ nil eſt cā apoſtematꝭ ſicut dolor.

¶ Heriſipilla ⁊ ſpecies eius. Capitulum .IIII.

Iam ſciuiſti cauſas heriſipille et ſpēs eius in libro primo

¶ In iſto capl'o determinat Auic. de q̄dā apāte cal'o qđ fit ex colera: qđ vocat̄ heriſipilla: Et diuidit̄ ps iſta in ptes duas. Primo determiat de ipſo q̄ȝtū

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad cãs ⁊ ſigna. 2° determinat de ĩpo q̃ꝫtũ ad curã. 2ª ibi in 2° capl'o (Oꝫ vt euacue.) Prima ps diuidit in ptes quatuor: p° determinat de cãis ⁊ ſignis ipi⁹ heriſipille. 2° oñdit vbi pl'm hꝫ generari. 3° ponit q̃dã iudiciũ ſũptũ ab ĩpa in q̃dã egritudine. ſ. in fractura oſſis. 4° excuſat ſe ad ponẽdũ diuerſitatẽ iter heriſipillã et flegmonẽ: qꝛ d̃ h̄ ẽt dictuꝫ eſt alibi. 2ª ibi: (Et vbi plus accidit) 3ª ibi (Et qñq; accidit) 4ª ibi (Et tu qdẽ iaꝫ cognouiſti) Pria ps hꝫ ptes duas: p° excuſat ſe a ponẽdo cãs heriſpille. 2° ponit ſigna ipſi⁹ p q̃ diſtiguit heriſipilla a flegmone. 2ª ibi (Et illa ex qb⁹) Dicit g̃. Jã ſciuiſti cãs heriſipille: qꝛ cã ei⁹ eſt colera vel pura vel admixta: ⁊ ſpẽs ei⁹: qꝛ heriſipilla ẽ duplex. q̃dã eſt pura ⁊ q̃dã ẽ cõpoſita cũ flegmõe: ⁊ vocat heriſipilla flegmõides ſi vincat ibi hũoꝛ coleric⁹. Si aũt vĩcat hũoꝛ ſãguine⁹ vocat flegmon heriſipillades. Et nõ ſolũ heriſipilla pt cõpõi cũ flegmõe: ſꝫ ẽt cũ apate molli: vt dicit Gal. de ige. ſani. pticula. 13ª. ⁊ ĩ talib⁹ paſſiõib⁹ cõpoſitꝭ debẽt eẽ curatiões cõpoſite: ⁊ ſm ꝙ vincit ibi vna paſſio: ſic etiã dꝫ vĩcere cura illi⁹: ſꝫ qꝛ ex curatiõib⁹ ſimpliciũ habẽt curatões cõpoſitoꝝ: ⁊ iõ Aui. ponit curã iſtoꝝ ſm maioꝛẽ ptẽ put ſũt moꝛbi ſimplices: et maxie q̃ꝫtũ ad localia in li. p° fen 2ª ca° 5° d̃ egritudib⁹ cõpoſitꝭ illo ca. Et ſãguineum ꝙ puruꝫ flegmones ⁊c. ¶ Deinde cum dicit:

¶ Et illa ex qb⁹ diſcernit ex flegmõe ſũt quoniã heriſipilla magis appẽtẽ habet rubedinem et purioꝛem.

¶ Hic Auic. ponit ſigna ipſi⁹ heriſipille in qb⁹ diſtinguit ab ĩpo flegmõe: ⁊ diuidit ps hec ĩ ptes pl'es ſm ꝙ plura ſigna ponit ĩ qb⁹ heriſipilla diſtiguit a flegmõe. Primo g̃ ponit vnũ ſignũ q̃d ſumit a coloꝛe. Dic̃ g̃: Et illa. ſ. ſigna ex qb⁹ diſcernit a flegmõe ſũt: qm̃ heriſipilla magis apparentẽ hꝫ rubedinẽ. i. hꝫ rubedinẽ magis in ſupficie: quia materia in heriſipilla eſt in ſupficie: et purioꝛẽ. ſ. rubedinem: quia coloꝛ colere eſt rubeus ⁊ clarius.

¶ Et ex flegmone apparet rubedo ad nigredinẽ decliuis aut viriditatẽ: et pl'm coloꝛis ei⁹ eſt occultũ in pfundo: ⁊ rubedo heriſipille deſtruitur p tactũ ſtatim ⁊ albet ei⁹ loc⁹ cã ſubtilitatis materiei rubee aut ſepatiõis ei⁹: deinde redit velociter ⁊ nõ ſil'r eſt rubedo flegmõis et vides in rubedine heriſipille coloꝛẽ croci ⁊ citrinitatẽ et nõ vides illud in rubedine flegmonis.

¶ Ad nigredinẽ decliuis aut ad liuiditatẽ. i. ad quãdã obfuſcatõeꝫ: qꝛ coloꝛ ſanguis exñtis in apate ſpãl'r eſt coloꝛ rube⁹ turbid⁹ ⁊ non clar⁹: ⁊ pl'm coloꝛis ei⁹ occultũ eſt in pfundo ei⁹ ppter goſſitiẽ ſanguis: ⁊ iõ mã ẽ ibi magꝭ pfũda q̃ꝫ in heriſipilla: ⁊ vides in rubedĩe heriſipille coloꝛẽ croci ⁊ citrinitatẽ ⁊ nõ vides id ĩ rubedĩe flegmõis: qꝛ coloꝛ col'e ẽ rube⁹ citrin⁹: coloꝛ ſanguis ẽ coloꝛ rube⁹ turbidus. ⁊ ideo attinet cuidã obfuſcationi et nigredini.

¶ Et apa heriſipille nõ fit niſi ĩ eo q̃d appet d̃ cute ⁊ flegmõ pfũdat ĩ carne etiã: ⁊ heriſipilla eſt pura: ⁊ ñ eſt ita flegmõ.

¶ Hic Auic. ponit aliõ ſignũ p q̃d diſtinguit heriſipilla a flegmõe: ⁊ dicit apa heriſipille. i. tumoꝛ heriſipille nõ fit niſi ĩ eo q̃d appet de cute: ⁊ cã hui⁹ ẽ ppt ſubtilitatẽ mãei. ⁊ iõ qꝛ coſa ſubtiliſſimi liq̃ris ẽ: penetrat cito carnẽ q̃ ẽ rara ⁊ ñ retinet niſi in ſupficie ⁊ cute: eo ꝙ cutis dura eſt ⁊ ſpiſſa ſm ꝙ dicit Gal. 13ª. pticula de ige. ſani. q̃ flegmõ pfundat rõne groſſioꝛis mãe. Et iõ dic̃ Gal. in pticula pal legata: ſꝫ ſic̃ flegmõ fit in carne ptẽ cutis ãplectẽs ſic iſtõ. ſ. heriſipilla fit in cute ptẽ carnis amplectẽs. ¶ Tũc Auic. ponit aliud ſignũ diſtinguẽs ĩter flegmonẽ ⁊ heriſipillã dicẽs ꝙ heriſipilla ẽ pura. ſ. vt pl'm ⁊ nõ ẽ ita flegmon: qꝛ vt dictum fuit ſupꝛa: vt plurimũ aſſociatur ei aut durities aut heriſipilla aut furioſitas.

¶ Et pueniꝭ qñq; ex cal'itate heriſipille ad hoc vt cõburat cutẽ ⁊ ei⁹ virulẽtia veſicat ⁊ minoꝛat illud in flegmone.

¶ Hic ponit ſignũ diſtinctiuũ heriſipille a flegmõe ꝙ ſumit ex quodã effectu quẽ facit cal'itas heriſipille ⁊ dic̃: Et puenit qñq; ex cal'itate heriſipille ad h̄ vt cõburat cutẽ: ⁊ h̄ eſt qñ mã ipi⁹ eſt multũ acũta aduſta ⁊ ei⁹ virulẽtia veſicat. ſ. ad modũ ignis ex qbus veſicis egredit q̃dã virulẽtia: ⁊ minoꝛat iſtud in flegmõe: qꝛ flegmon nõ puenit vt pl'm ad tantã cal'itatẽ ⁊ aduſtionẽ: qꝛ mã ei⁹ eſt magis humoꝛ benign⁹ ſic̃ ſanguis: vñ vt pl'm nõ venit ad tantã malitiam ſicut heriſipilla cuius materia eſt colera.

¶ Et pura nõ ĩpellit penit⁹ ⁊ flegmõ ĩpellit: ⁊ quãto pl⁹ m'ltiplicat additio ſãguis ſup colericũ eſt ĩpulſio magis appens ⁊ doloꝛ et pulſatio vehementioꝛes.

¶ Hic ponit aliud ſignũ per q̃d diſtinguitur heriſipilla a flegmõe: ⁊ dicit pura. ſ. heriſipilla nõ ĩpellit penit⁹. i. nõ inflat nec facit tumoꝛẽ ſicut facit flegmon. Et ratio huius eſt ppter ſubtilitatẽ materiei: vñ expãdit in ſupficie cutis ⁊ nõ retinet ⁊ coartat in vno loco. Et quãto plus multiplicatur additio ſanguinis ſuper colericum. i. ſi flegmon ⁊ heriſpilla cõponant quãto plus in tali cõmixtione vincit flegmon ⁊ humoꝛ ſanguine⁹ tãto eſt ĩpulſio magis apparẽs. i. inflatio ⁊ tumoꝛ ppter rõnẽ dictã ⁊ doloꝛ ⁊ pulſatio vehemẽtioꝛes. qꝛ cũ mã ſit groſſioꝛ ⁊ magꝭ pfũdata in carne ibi fit maioꝛ tẽſio ⁊ ꝯſtrictio hũoꝛis ĩ mẽbꝛo: vñ ſequit doloꝛ maioꝛ: ⁊ fit etiaꝫ ibi maioꝛ coartatio artarie: vñ ſequitur maioꝛ pulſatio artarie: ⁊ ratio iſtoꝝ melius fuit poſita in capl'o primo de apatibus ſupꝛa.

¶ Et heriſipilla attrahit febꝛem vehemẽtius q̃ꝫ flegmon.

¶ Hic ponit aliud ſignum diſtinguens dicens: ⁊ heriſipilla attrahit febꝛem intellige effimeram: quia talis febꝛis puenit ex apoſtematibus exterioꝛibus ratione caliditatis eoꝝ: et raro puenit inde febꝛis putrida vehemẽti⁹. i. citius q̃ꝫ flegmon: ⁊ hoc eſt ppter maioꝛem caliditatem heriſipille: vnde citius in ea inflãmat ſpiritus q̃ꝫ in flegmõe: ⁊ ideo citius pꝛouenit ex ea febꝛis effimera: licꝫ febꝛis putrida pueniret in flegmone ratiõe maioꝛis repletionis que eſt ibi: vnde hic Aui. intelligit de febꝛe effimera: que vt plurimũ ſequitur apa rõne caliditatis ipſius.

¶ Et qñq; cõſequit ex cal'itate heriſipille vt cõburat cutẽ: q̃re alterat illõ q̃d nominat heriſipilla: ⁊ nõ eſt ita flegmon.

¶ In iſta parte Auicen. repetit quoddam ſignum diſtinctiuum heriſipille a flegmone adiungendo quoddã. Dicit ergo. Et quandoq; cõſequitur ⁊c. quare alteratur id quod nominatur heriſipilla. i. non videtur tunc ꝙ ſit heriſipilla: qꝛ pꝛopter illam aduſtionem ⁊ veſicationẽ quã facit videtur ꝙ ſit pꝛima vl' ignis perſicus: quia aſſimilatur tunc in accidentibus eius ⁊ non eſt ita flegmon. ratio autem eius eſt dicta ſuperius.

¶ Nõ eſt ergo inflatio heriſipille minoꝛ ĩflatõe flegmõis: imo pl's: vez tẽſio fle-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

gmõis ⁊ dolor eiꝰ ē ꝓpt̄ tēſionē: ⁊ qñqꝫ ſit maior quapropter dolor heriſipille eſt minor.

¶ In p̄te iſta ex dict̄ ꝯcludit q̄ddā correlariū. Sequit̄.n. ex dictis ꝙ inflāmatio heriſipille.i.calitas heriſipille nō eſt minor iflāmatōe flegmōis.i.calitatis flegmonis: imo inflāmatio heriſipille eſt maior inflāmatiōe flegmonis eo ꝙ mā ipius eſt plus calīa: ⁊ iō ꝑducit ad veſicationem cutiꝰ q̄z flegmon: ⁊ citiꝰ attrahit febrē: vt dc̄m̄ eſt. veruntñ tenſio flegmōis ſupple ē maior q̄z i heriſipilla: q̄r ibi mā eſt magis coartata ⁊ collecta i vno loco: i heriſipilla aūt eſt ſparſa in ſupficie: vt dictū eſt.ſ̄. Et dolor eiꝰ.ſ.flegmonis ē ꝓpt̄ tēſionē: ⁊ qñqꝫ ſit maior dolor in flegmōe q̄z in heriſipilla. ¶ Et nota ꝙ rō q̄re dolor ē maior in flegmone q̄z i heriſipilla eſt: q̄r dolor i apate ꝯtigit ex duobꝰ: ex mala cōpl̄one ⁊ ꝯſtrictiōe ⁊ ꝯculcatiōe hūorꝰ i mēbro ſoluētis ꝯtinuū: mō in flegmōe ē vtraqꝫ cā: q̄r ibi eſt mala cōplexio ⁊ cōculcatio hūoris i mēbro: i heriſipilla āt nō eſt talis ꝯculcatio ⁊ ꝯſtrictio hūoris: lꝫ ibi ſit mala cōpl̄o. Et iō cōcludit Aui. quaꝓpter dolor heriſipille eſt minor: ſꝫ ſupple punctio in heriſipilla eſt pl̄s q̄z in fl̄one: q̄r ibi eſt acutior materia: vnde eſt in ea punctio ad modum ſpine Tunc ſequitur illa pars:

¶ **Et vbi plus accidit heriſipilla accidit in facie ⁊ icipit a lepore naſi ⁊ augmētat̄ apoſtema ⁊ expanditur in facie tota.**

¶ In q̄ p̄te oñdit̄ i quo loco corpis pl̄s accidit heriſipilla Et dicit ḡ. Et vbi plus accidit heriſipilla accidit in facie. Et cā hꝰ pōt eſſe rōne calitatis ⁊ ſubtilitatis mǣ. vel de rōne cuiꝰ eſt petere p̄tes ſupiores: ⁊ etiā q̄r in p̄tibꝰ ſupioribꝰ vigēt maxie hūores calī ⁊ ſubtiles: ⁊ iō heriſipilla: vtpl̄m accidit in facie et īcipit a lepore naſi.i.a p̄te naſi q̄ ē iuxta ſupcilia: ⁊ poſtea augmētat̄ ⁊ expandit̄ ꝑ faciem totam.

¶ **Et quādo accidit heriſpilla a fractura oſſis ſub cute: tunc illud eſt malum.**

¶ In hac p̄te Aui. pōit q̄ddā iudiciū ſūptū ab heriſpilla i q̄dā p̄te.ſ.in fractura oſſis: ⁊ dicit ꝙ qñ accidit heriſpilla a fractura oſſis ſub cute ē malū: itellige ē malū ꝑ viā ſigni ⁊ ꝑ viā cāe: ꝑ viā cāe: q̄r heriſpilla ibi exñs corrūpet os ⁊ pl̄s corrodet rōne mǣ male ex q̄ ſit. Itez eſt malū ꝑ viā ſigni: q̄r ē maiꝰ nocumētū ꝓpt̄ mēbrū vbi ē: ⁊ h̄ ē q̄d dic̄ ypo. in 7ª p̄ticl̄a affo. in oſſis d̄nudatiōe heriſpilla malū.

¶ **Et tu q̄dē iā cognouiſti diuerſitatē iter heriſipillā ⁊ flegmōez i loco alio ab iſto.**

¶ Hic ſe excuſat iſufficiēter ponendo diuerſitatē iter flegmōz ⁊ heriſipillā. Dic̄ ḡ. Et tu q̄dē ⁊c̄. ſciuiſti i loco alio ab iſto.ſ.in ꝑmo canōe de apatibꝰ calidis. ibi.n. apparuit diuerſitas ⁊ diſtinctio iter heripillā ⁊ flegmonē: Uel pōt hoc referri ad ea que dicta ſunt in libro ꝑmo: fen 2ª cap̄. de egritudinibus compoſitis.

¶ Cura heriſpille. Capitulū.v.

O portet vt euacues corpꝰ ab ea cū ſolutiuo colere: et ſi idigēt fl̄ōmia fl̄oma etiā. Et fl̄omia q̄dē ñ ml̄tū ꝯfert niſi qñ materia eſt iter duas cutes. Si āt ꝓfūda iuerit tūc eiꝰ iuuamētū minorat̄ ⁊ fortaſſe attrahit: ⁊ ſi idiguerꝭ reiteratōe ſol̄onis vētris poſt flebotomiā fac illud ſm ꝙ caleſit ex duabꝰ materijs.

¶ Superiꝰ Auic. determinauit de heriſipilla q̄ztū ad cās ⁊ ſigna ipiꝰ: hic determiat de cura. ⁊ diuidit̄ i duo. pͦ ponit curā eiꝰ q̄ztū ad vl̄ia. 2ͦ q̄ztū ad localia et p̄ticularia 2ͦ ibi (Deinde ꝑmuta te ad infrigidādū) Dicit pͦ. oꝫ ꝙ euacues corpꝰ ſupple q̄d patit̄ ab ea.i.ab heriſipilla cū ſolutiuo colere cū ſirupo roſato laxatiuo ⁊ ſimilibꝰ purgātibꝰ colerā: ⁊ ſi indiget flebotomia flebotoma. Et flebotomia quidem nō multum cōfert ⁊c̄.

Sed circa iſtā p̄tē ē dubitatio ꝯ dcō Aui. vr̄.n. ex pſſe ponere totū ꝯtrariū. dic̄.n. ꝙ fl̄omia ꝯfert qñ mā ē iter duas cutes: ſꝫ ſi mā ꝓfūdat̄: tūc minorat̄ eiꝰ iuuamētū: q̄r qñ mā eſt iter duas cutes: tūc ſignificat̄ ꝙ eſt mā col̄ica pura: ⁊ ꝑ ꝯñs ꝙ eſt heriſipilla pura Qñ āt mā ꝓfūdat̄: tūc mā col̄ica eſt admixta cū ſanguīe: ⁊ ꝑ ꝯñs heriſipilla nō eſt pura: ſꝫ admixta cuꝫ flegmone: q̄r vt ſupiꝰ dicebat̄ in h̄ d̄rt apa heriſipille a flegmone: q̄r apa heriſipille nō ſit niſi in eo q̄d appet de cute. flegmon aūt ꝓfundat̄ in carne: nūc aūt qñ heriſipilla eſt pura: tūc nō cōfert fl̄omia: qñ aūt eſt admixta cū flegmōe: tūc ꝯfert fl̄omia: ḡ tunc nō cōfert fl̄omia heriſipille qñ mā eſt iter duas cutes: ⁊ ꝯfert qñ mā ꝓfundat̄. ḡ tūc in vtraqꝫ p̄te videt̄ dicere falſuꝫ Auic. ¶ Ad hoc rñdet̄ ꝑ exceptiōez l̄re. Et pōt iſta l̄ra exponi pl̄ibꝰ modis: vno modo ſic. Et fl̄omia q̄dē nō multū cōfert niſi qñ mā eſt iter duas cutes.i. niſi qñ mā col̄ica eſt pauca ⁊ ē admixtio ſanguinis ml̄ta ſupple q̄ eſt aptꝰ fluere ⁊ eſt in curſu. Si aūt ꝓfūda fuerit id eſt ſi mā col̄ica ſit multa: ⁊ hoc q̄r mā col̄ica pura ſit vl̄ q̄r pax̄ eſt ibi mā ſanguinea admixta: vñ itelligit h̄ ꝙ mā colerica ꝓfundet̄ nō ꝓpter multā admixtionē ſanguinis ſed ꝓfundat̄: q̄r mā colerica eſt ml̄ta: vñ eſt ita in magna q̄ztitate ꝙ eſt ibi in ſupficie ⁊ in ꝓfunditate: tūc eius iuuamētū minorat̄.i. tūc ita nō ꝯfert fl̄omia: ⁊ fortaſſe attrahit id eſt fortaſſe augmentat̄ heriſipilla.ſ.cuꝫ ſit flebotomia qñ mā colerica eſt multa vel pura: q̄r cum ſanguis ſit frenuꝫ colere vt dicunt auctores ſi fiat flebotomia qñ mā eſt multa vel pura: tūc ex tali extractōe ſanguinis pōt colera ſupcaleſieri ⁊ ex tali ſupcalefactiōe ⁊ ebulitiōe colere attrahit̄ ibi plus de hūoribꝰ: ⁊ ꝑ ꝯñs augmentat̄ heriſipilla: ⁊ iō bñ dicit Auic. in primo cañ. fen 4ª. ca. de flebotomia. Et ſūmopē tibi caue ne egrū ad vnā duax̄ rex̄ perducas.ſ.ad colericox̄ hūox̄ ebulitionē ⁊ frigidox̄ cruditatē: ⁊ tūc poſ̄e eſt ꝙ aliqñ ꝑ fl̄omiā augmētet̄: q̄r attrahit ſicut eſt in dicto cā. ¶ Alio mō pōt exponi ſic. Et fl̄omia q̄dē nō ml̄tū ꝯfert niſi qñ mā eſt iter duas cutes.i. niſi qñ mā pl̄s ipellit ⁊ tumet appent: q̄r qñ mā pl̄s ipellit appēt eſt ſignū ꝙ eſt ſecum ſanguis admixtus: q̄r materiaꝭ ſanguinea plus ipellit: vt dictū fuit ſupra in ꝑmo cap̄. illo.§. ⁊ pura nō ipellit penitꝰ ⁊c̄. qñ aūt ſanguis eſt admixtꝰ cū colera: tunc flebotomia ꝯfert. Si autem ꝓfunda fuerit.i. ſi materia minus ipellit vl̄ nullo mō impellit apparēter tunc minoratur eius iuuamentū.i. flebotomie: q̄r quādo nō impellit tunc ſignificat̄ ꝙ eſt heriſipilla pura vel pauca admixtio ſanguinis: vnde tunc nō ita confert flebotomia: ⁊ fortaſſe attrahit.i. fortaſſe augmentat̄ heriſipilla.ſ. qñ ſit flebotomia qñ mā nō ipellit: q̄r tūc cū colera ſit pura vel multa in q̄ztitate ꝑ flebotomiaꝫ pōt ibi fieri maior ebulitio col̄e: vt dictū fuit.ſ̄: vñ attrahūt̄ hūores ⁊ p̄t heriſipilla augeri. Cū iſta expoſitiōe ꝯcordat Aly. in diſpoſitiōe regali: q̄ dicit ꝙ qñ heriſipilla eſt ſine tumore: tunc cōpetit ſolutio ventris. ſi eſt cū tumore: tūc debet fieri flebotomia ⁊ ſolutio ventris ſm ꝙ apparet per verba eius in capl̄o de curatione heriſipille. Tertio mō pōt exponi iſtud verbū Aui. ſic. nam ſm ꝙ apparet ꝑ Gal. 14ª p̄ticula: de inge. ſani. heriſipilla eſt duplex: q̄r q̄dā eſt cū vulnere: et q̄dā ſine vulnere: illa q̄ ē ſine vulnere ē illa q̄ ſit ex colera nō aduſta nec mala: vel ſit ex ſanguine tenui q̄ ꝓportionat̄ colere. Illa aūt q̄ eſt cum vulnere ſit ex colera aduſta groſſa mala. Et iō dicit ibi Galie. nam ſi colera ſit corroſiua ⁊ calidiſſīa cutē excoriabit vſqꝫ ad ſui iteriora: ⁊ talis heriſipilla eſt mala. Et ido dicebat Auicenna in

ꝓmo capitulo huius tractatus. Et ſi pertranſierit colera in groſſitie ſua vſqꝫ ad ſubaꝫ ſanguis ⁊ fuerit mala.i.fuerit mã aduſta: vñ ꝓpter aduſtionẽ igroſſaꝛ ⁊ ꝓfũdaꝛ vſqꝫ ad ſubaꝫ ſanguis: accidet heriſipilla mala: tũc ḡ expone dictũ Auic. Et flebotomia qdẽ nõ multũ ꝯfert niſi qñ mã eſt iter duas cutes.i.niſi qñ mã heriſipille ẽ ſubtilis ⁊ nõ aduſta: ſicꝫ eſt heriſipilla q̃ eſt ex colꝛa vl' ſanguie ſubtili ꝓportionato colere Si vͦo ꝓfundaꝛ.i.ſi mã colꝛe ſit groſſa ⁊ calidiſſima ⁊ aduſta: ſicꝫ eſt in heriſipilla mala q̃ veſicat cutẽ: qꝛ colera ꝓpter aduſtionẽ ſuã ꝓfũdat ſe vſqꝫ ad ſubſtãtiã ſanguis ⁊ penetrat cutẽ vſqꝫ ad ſui iteriora: tũc minoraꝛ eiꝰ iuuamentũ: qꝛ tũc qñ heriſipilla eſt cũ vulnere mã ipiꝰ eſt calidiſſima ⁊ aduſta ⁊ eſt colera valde acuta: ⁊ iõ dicebat Auic. ſupius. Et qñqꝫ ꝓuenit ex calꝛitate heriſipille ad hoc vt cõburat cutẽ: qꝛ timemꝰ ne ꝓpꝛ flꝛomiã cuꝫ ſanguis ſit frenũ colꝛe plꝰ augmẽtareꝛ colꝛa: ⁊ ꝑ ꝯñs augmenteꝛ malicia heriſipille: ⁊ h̄ qḋ ſubiũgit Aui. Et fortaſſe attrahit.i.fortaſſe augmẽtabiꝛ heriſipilla ꝑ flꝛomiã: ⁊ q̃cunqꝫ mõ exponaꝛ ſiue ꝓmo mõ ſiue ſcḋo mõ ſiue tertio: apparet rñſio mõ ad tertiũ ꝑ expõnẽ dicti Auic. Et ſi idiguerit reiteratiõe ſolꝛonis ꝑ flꝛomiã fac illḋ ſꝫm ꝙ calefit ex duabꝰ materijs.i.ſꝫm ꝙ ſupabundat ibi ſanguis vel colꝛa: qꝛ ſi ſupabũdat ibi plꝰ colꝛa: reitera ſolꝛonẽ vẽtris: ſi aũt ſanguis: reitera flꝛomiã. ¶Et nota h̄ ꝙ ſicꝫ heriſipilla põt miſceri cũ flegmõe: ita etiã pt cõponi cũ apate molli: ⁊ ẽt cũ apate melꝛico duro: ⁊ ſicꝫ curatio ipiꝰ qñ miſceꝛ cuꝫ flegmõe ẽ cõpoſita: ita etiã curatio ipiꝰ qñ miſceꝛ cũ apate molli ⁊ duro ẽ cõpoſita: vñ ſicꝫ idigemꝰ ibi farmatia ⁊ flꝛomia: ita hic idigemꝰ euõne colere ⁊ flꝛatis: ſi cõpõiꝛ cũ apate molli: ⁊ ſi cõponiꝛ cũ duro idiget euõne colere ⁊ melꝛie Et eodẽ mõ itellige de cura q̃ꝫtũ ad localia: ⁊ h̄ eſt qḋ dicꝫ Gal.14. ꝑticlꝛa de igenio: ſed ſicꝫ heriſipilla miſceꝛ cũ flegmõe ſic ⁊ cũ molli apate: vocaꝛqꝫ mollꝛ heriſipilla: ⁊ ſilꝛr ſi ifrideꝛ vl' idureꝛ vt ſi cõponaꝛ cũ hũore frigido duro.i. cuꝫ hũore melꝛico heriſipilla dura vocaꝛ: ⁊ ſicut cõpoſite ſũt paſſiões cõpoſitꝭ egẽt hũoribꝰ: ſic etiã in iſtis faciẽdũ. eſt Auicen. tñ nõ fecit mentionẽ de his: qꝛ raro contingit ꝙ cõponaꝛ heriſipilla cuꝫ apate molli ⁊ duro: ſepe autẽ contingit ꝙ componatur cum flegmone.

Alterius quereret aliqs q̃re nõ fecit illã diſtinctiõeꝫ ꝺ cã ꝓmitiua ⁊ añte i heriſipilla ſicꝫ fecꝫ i flegmõe. Et videꝛ ꝙ ꝺbuiſſet eã facꝫ: qꝛ penes iſtas cãs diuerſificaꝛ cura iſtiꝰ: ſicut etiã cura flegmõis. Et h̄ pꝫ ꝑ Aly. i libro oculoꝝ quẽ fecꝫ tractatu.11. de curis morboꝝ gñalꝛr: qꝛ ſi cã heriſipille ſit ꝓmitiua: medicia eiꝰ dꝫ eẽ diſſolutiua et mollitiua: vt dicꝫ ibi Aly. Si aũt eſt añs dꝫ eẽ refrigeratiua ⁊ humectatiua. ¶Dõm ẽ ad hoc vnoꝰ ꝙ qñ fecit mẽtionẽ de iſtis cãis: qꝛ illudꝛ qḋ dicꝫ de eis i flegmõe dedit h̄ itelligere deꝛ eis i heriſipilla. ¶Alioꝰ pt dici ꝙ nõ fecit mẽtionẽ: qꝛ raro ꝯtingit ꝙ heriſipilla fiat a cã ꝓmitiua ſicꝫ fit flegmõ: qꝛ vt plꝛm hũores q ꝯcurrũt ad faciẽdũ apa ex cã ꝓmitiua ſũt ſãguinei ꝓpꝛ maiorẽ eiꝰ abũdãtiã i corpe: ⁊ iõ Aui. h̄ iſtã diſtictionẽ nõ poſuit ſicꝫ poſuit in flegmõe. ¶Et nõ ꝙ vt dicꝫ Aly. i illo lib. oculoꝝ ſi heriſipilla fiat a cã ꝓmitiua dꝫ curari in ꝓnꝰ cũ reſolutiuis ſicꝫ in flegmõe: ſꝫ ñ dꝫ eẽ iſta reſolutiua ſicꝫ i flegmõe: qꝛ i heriſipilla q̃riꝛ maior alteratio q̃ꝫ in flegmõe: vt diceꝛ poſtea. Si aũt fit a cã añti: tunc dꝫ curari ſicut h̄ ponit Aui. vñ bñ diuerſificaꝛ ibi cura q̃dã mõ in heriſipilla penes iſtas cãs. ſꝫ Aui. nõ fecit mẽtiõeꝫ de hoc ꝓpꝛ ꝑdictas cauſas: vñ ſolũ poſuit curam ipiꝰ put fit a cã añti. Tunc ſequitur illa pars:

¶Deinde ꝑmuta te ad ifrigidãdũ eã cũ ifrigidatiuis fortibꝰ ſcitis i caplꝛo flegmonis ⁊ cũ effuſiõe aq̃ frigide: ⁊ fac illud donec altereꝛ color. Pura eni deſtruiꝛ cuꝫ alteratiõe coloris ⁊ diminutõe ipſiꝰ. Et ad vltimũ ifrigidatio i heriſipilla ẽ magis neceſſaria: qñ flãma ⁊ dolor iflãmatiuus in ea eſt plus: ⁊ euõ in flegmõe eſt magis neceſſaria: quoniã materia in ea ẽ magis inobediens ⁊ groſſior.

¶In q pte ꝓſequiꝛ curã heriſipile q̃ꝫtũ ad localia: ⁊ circa hoc Aui. duo facit. Primo ponit curã ipiꝰ q̃ꝫtũ ad principiũ. 2ͦ q̃ꝫtũ ad ſtatũ. 2ͦ ibi (Sꝫ circa ſtatũ ipiꝰ) Item ꝓma in duas. Prio oñdit q̃ medicie cõpetãt i heriſipilla cõpãdo ipam ad flegmonẽ. 2ͦ oñdit vlꝛr q̃liter medicina dꝫ eẽ in ꝓncipio ipiꝰ. 2ª ibi (Et oꝫ vt ſit ifridatio) Dicit ꝑͦ. Deide. ſ. poſt euõnẽ totiꝰ corpis cũ ifrigidatiuis fortibꝰ ⁊c. ⁊ cũ effuſiõe aq̃ frigide: h̄ habes quõ aq̃ frida ꝯuenit in heriſipilla: vt dictũ fuit ſupra: nõ aũt in flegmõe. Et cãm hꝰ Aui. reddit cũ dicꝫ: Pura. n. deſtruiꝛ cũ alteratiõe caloris ⁊ diminutiõe ipiꝰ. ⁊ hoc ẽ qḋ dicꝫ Gal. 14ª ꝑticula de igenio. ſilꝛr pura heriſipilla mox vt calorem emittet: euadet. Dicit aũt Aui. pura: qꝛ vt ibi dicꝫ Gal. pura ſi nõ ſit: ſꝫ mixta cũ flegmõe diu fridate impoſita cutis liuida efficieꝛ ⁊c. Et cãm huiꝰ reddit Aui. cũ dicit: Et ad vltimũ ifrigidatio in heriſipilla ẽ magis nečia: qñ iflãmat. i. qñ heriſipilla nocet plꝰ rõne calꝛitatis q̃ꝫ rõne ꝯſtrictiõis hũoris: qꝛ mã eiꝰ eſt expãſa in ſupficie: ⁊ hoc ẽ qḋ ſubdit: et iflãmaꝛ i ea id eſt dolor in ea eſt rõne calꝛitatis ⁊ inflãmatiõis: ſꝫ in flegmone: vt dictũ fuit ſupra eſt dolor rõne tenſiõis: ⁊ iõ in heriſipilla cũ ſit maior calꝛitas ⁊ nõ ſit ibi mã coartata ſicut in flegmone eſt nečia magis infridatio q̃ꝫ in flegmone: ⁊ iõ cõpetunt in ea fortiter repcuſſiua: et euõ. i. reſolꝛo in flegmone eſt magis neceſſaria ſupple q̃ꝫ in heriſipilla: qñ mã in ea. ſ. flegmone eſt magis inobediẽs et groſſior et ideo quia materia in flegmone eſt graſſior ⁊ plus conſtricta in membro q̃ꝫ in heriſipilla: iõ nõ cõpetit infrigidatio i flegmõe ſicꝫ i heriſipilla: ⁊ iõ nõ cõpetit in ipa aq̃ frida ſicꝫ i heriſipilla: vt dictũ fuit ſupra. ¶Deide cũ dicꝫ:

¶Et oꝫ vt ſit ifrigidatio eiꝰ i ꝓncipio fortis ſtipticitatis ad hoc vt forſitã augmẽtetur eius ſtipticitas ſup ipiꝰ frigus.

¶Uniuerſalizat q̃lis cõplꝛonis dꝫ eẽ medicina repcuſſiua in ꝓnꝰ heriſipille: ⁊ dicꝫ: Oꝫ ꝙ medicia eiꝰ in ꝓnꝰ ſit frigida cum forti ſtipticitate adeo vt augmenteꝛ ipiꝰ ſtipticitas ſup ipſiꝰ frigꝰ. Et videte cãm q̃re in ꝓnꝰ heriſipille dꝫ eẽ medicina frida fortis ſtipticitatis eſt: qꝛ medicina repercuſſiua: vt dictũ fuit ſupra: poniꝛ in ꝓnꝰ apatis calꝛi ꝓpter duo. Primo ad ꝓhibẽdũ fluxũ hũoꝝ. 2ͦ ad alterãdũ malã cõplꝛonẽ calidã: mõ qꝛ in heriſipilla eſt valde hũor ſubtilis: ⁊ iõ rõne ſue fluxibilitatꝭ eſt maxie fluxibilis plꝰ q̃ꝫ ſit hũor flegmõis: qꝛ mã flegmõis ẽ magis groſſa. ⁊ fluentia ſtipticis ſedanꝛ: vt ponit Gal. in lib. de igenio ſani. iõ medicina repcuſſiua in ꝓnꝰ heriſipille dꝫ eẽ frida ⁊ fortioris ſtipticitatis q̃ꝫ ſit in flegmõe ſicꝫ eẽt emplꝛm factũ ex roſ ⁊ maluis decoctis i aq̃. ⁊ cũ decocta ſunt teranꝛ ⁊ admiſtreꝛ ibi parũ aceti ⁊ olei roſacei ⁊ puluis corticũ granatoꝝ ⁊ lẽtiũ. Uel fiat emplꝛm ex lentibꝰ ⁊ roſis ⁊ maluis decoctis in aqua cũ pauco aceto ⁊ oleo roſato ⁊ bolo armeno: ⁊ poſtq̃ꝫ decocte ſunt teranꝛ ad modũ vnguenti: ⁊ miſceaꝛ ibi puluis balaſtiaꝝ: ⁊ ſilꝛr etiã oẽs ſucci et herbe infrigidantes cũ ſtipticitate ſunt boni in ꝓnꝰ heriſipille. Et addit Auicen. ꝙ ita debet eẽ medicina fortis ſtipticitatis vt forſitan ſit magis ſtiptica q̃ꝫ frigida. Dicit autem hoc vt oſtẽdat ꝙ medicina debet eſſe vehementis ſtipticitatis ratione materie ſubtilis vt non currat que eſt parata cito currere: vt dictum eſt. Sed nihilominus credo ꝙ ibi debet eſſe maioris frigiditatis in ſe q̃ꝫ ſtipticitatis: quia in heriſipilla ratione magne caliditatis intenditur plus alteratio q̃ꝫ aliud: vt dictum eſt ſupra: quia plus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nocet rõne ſue caliditatis: ⁊ iõ dicit Aui. forſitan: ⁊ nõ di-
xit totalr̄ aſſerẽdo ꝙ debeat eẽ vehemẽtiꝰ ſtiptica q̄ȝ frigi
da: ſȝ ſolū dixit h̄ dictū vt oñdat ꝙ dȝ eẽ vehemẽtis ſtipti
citatis medicina ipſius in p̄nº q̄ȝ in fine.

Sed tu dices videt̄ ꝙ Raſis ponat ꝙ in p̄nº flegmõis cõpetãt medicine ma
gis ſtiptice q̄ȝ in p̄nº heriſipille: qꝛ ipe dicit ꝙ in ſangui-
neo debemꝰ ꝓcedere in p̄nº cū eis q̄ infrigidãt ſtipticita-
tẽ faciūt ſicut ſūt ſandali ⁊c̄. ſȝ in colrico cuȝ eis in q̄bus ſit
infrigidatio ⁊ hūectatio ſicẽ pſiliū ꝯquaſſatū cū aq̄ citrul-
loꝝ. videt̄. n. ꝑ hec v̄ba ꝙ i ſanguineo cõpetãt pl̄s ſtipti-
ca in p̄nº q̄ȝ in heriſipilla: qꝛ in heriſipilla dicit ꝙ cõpe-
tūt in p̄nº frigida ⁊ hūida. ¶ Dico ꝙ vt ſupiꝰ dixi: Raſis
intelligit q̄ñ dicit ꝙ in flegmõe debemꝰ ꝓcedere in p̄nº
cum eis q̄ infrigidãt ⁊ ſtipticitatẽ faciūt. i. ſiccitatẽ: qꝛ vt di
ctū fuit ſupra medicina repcuſſiua flegmonis in p̄ncipio
debet eſſe frigida ⁊ ſicca: medicina aūt heriſipille repcuſ
ſiua debet eſſe frigida ⁊ hūida: ⁊ cã huiꝰ dicta fuit ſupra:
⁊ in vtroq̄ȝ debet eſſe medicina frigida cū ſtipticitate ꝓ-
pter fluxū mãe: ſed in heriſipilla debet eſſe plus ſtiptica
q̄ȝ in flegmone ꝓpter cãm dictã. ¶ Sic ergo tunc nota vt
dictū fuit p̄us: qꝛ in heriſipilla debẽt eſſe medicine frigi-
de in p̄ncipio ⁊ humide: ſed cū iſtis debet eſſe vehemẽs
ſtipticitas vel ꝑ ſe vel admixtione rerū ſtipticaꝝ cum eis.
In flegmone aūt debẽt eſſe medicine frigide ⁊ ſicce cum
ſtipticitate: ſed nõ tãta quãta debet eſſe in heriſipilla. Et
iõ ꝑ dictū Raſis explicat̄ illud qδ Auic. itellexit iplicite:
qꝛ Aui. nõ exp̄ſſit niſi d̄ frigiditate ⁊ ſtipticitate medicie
in p̄ncipio heriſipille: ille v̄o addit ꝙ debet eſſe h̄ in ea
humectatio: ⁊ ꝑ dictū Aui. explicat̄ id qδ Raſis itellexit
implicite: qꝛ Raſis nõ fecit mentionẽ d̄ ſtipticitate me-
dicine in p̄ncipio heriſipille: iſte aūt exp̄ſſit ꝙ debet eſſe
vehemẽtis ſtipticitatis. Et intellige ꝑ id qδ dictū ẽ ꝙ me
dicie in p̄ncipio heriſipille debẽt eſſe frigide ⁊ humide
⁊c̄. qꝛ hoc eſt verū niſi heriſipilla fuerit vlcerata: qꝛ cõtin
git q̄ñq̄ȝ ꝙ vlceret̄: qꝛ lȝ rõne mãe cõpeterẽt frigida ⁊ hu
mida: tñ rõne vlceris nõ debẽt tūc apponi: ſicut etiã dicet
poſtea de formica vlcerata ⁊ corroſiua ſicut ibi videt̄: ſed
debẽt eſſe tunc deſiccatiua rõne vlceris: qꝛ vlcus putreſit
ab humidis ⁊ ſanat̄ ex ſiccis: vt poſtea declarabit̄ in ſuo
capl̄o. Tunc ſequitur illa pars:

¶ Circa ſtatum vero ſit ipſius frigus vehementius ſtipticitate eius.

¶ In qua ponit curã heriſipille q̄ꝫtū ad ſtatū: ⁊ duo facit
Primo oñdit q̄lis medicia cõpetit in ſtatu ipſius ꝓut tp̄s
ſtatꝰ cõparat̄ ad tp̄s p̄ncipij. 2º ponit q̄ſdã medicias que
ſunt vtiles in ſtatu. ⁊ cū hoc oñdit abſolute cuius cõplexi
onis debet eſſe medicia ipſiꝰ in ſtatu. 2ª ibi (Et ſi fuerit he
riſipilla ſup cutẽ.) Prima in duas. p̄mo oñdit q̄lis medi
cina cõpetit i ſtatu cõparãdo ad p̄ncipiū ipſius. 2º docet
vitare quedã nocumenta q̄ poſſent accidere. 2ª ibi (Et ca
ue cū hoc ⁊c̄.) Dicit ḡ p̄mo. Circa ſtatū v̄o ipſius. i. heriſi-
pille ſit frigus. ſ. medicine vehemẽtius ſtipticitate: quaſi
velit dicere ꝙ in ſtatu medicia debet eſſe pauce ſtipticita
tis cū nõ indigeamꝰ ꝓhibere fluxū ſicut in p̄ncipio.

Sed hic eſt dubitatio: qꝛ videt̄ ꝑ dictū Auic. ꝙ medicina heriſipille debeat eẽ ma-
gis frigida in ſtatu q̄ȝ in p̄nº qꝛ ipe dixit in p̄nº ꝙ medici
na debet eſſe frigida cū vehemẽti ſtipticitate adeo vt ſti-
pticitas quaſi augmẽtet̄ ſup ipſius frigus: hic aūt dicit ꝙ
in ſtatu ſit vehementius ſtipticitate frigus: videt̄ ḡ velle
Aui. ꝙ medicina heriſipille debeat eſſe in p̄ncipio plus
ſtiptica q̄ȝ in fine: in ſtatu aūt debet eẽ plus frigida q̄ȝ ſti-
ptica: ergo in ſtatu debet eſſe plus frigida q̄ȝ in p̄ncipio.
¶ Sed hoc eſt ꝯtra oẽs auctores ⁊ ꝯtra Auic. in p̄mo cap.
de cura ap̄atū in gñali q̄ ponit ꝙ in ſtatu ap̄atis debẽt vin
cere reſolutiua: ergo ⁊c̄. ¶ Preterea ẽ dubitatio de dicto
Auic. in ſe q̄ñ ponit in ſtatu ſolum medicinã frigidã: cū
in ſtatu cuiuſlibet ap̄atis cõpetat reſol̄o. ¶ Dicẽdū eſt ad
hoc ꝑ expoſitionem dicti Auic. q̄ñ dicit ꝙ in ſtatu debet
eſſe frigus vehemẽtiꝰ ſtipticitate eius: vult. n. dicere Aui.
ꝙ cū medicina repcuſſiua: vt dictū fuit ſupra: debeat duo
hr̄e. ſ. frigiditatẽ ⁊ ſtipticitatẽ: in p̄nº dȝ eſſe medicia rep-
cuſſiua vehemẽtis ſtipticitatis adeo vt forſan augmẽtet̄
eiꝰ ſtipticitas ſup ipſiꝰ frigus ſm̄ ꝙ dixit p̄us Aui. cū hoc
dictū fuit ſupra ⁊ expoſitū: i ſtatu aūt medicia repcuſſiua
dȝ miſceri cū reſolutis: ⁊ dȝ eẽ magl̄ frida q̄ȝ ſtiptica: qꝛ in
ſtatu mã iã fluxit: ⁊ iõ in ſtatu magis idigemꝰ alteratiõe
⁊ reſolutiõe q̄ȝ ꝓhibitiõe fluxꝰ: ⁊ iõ in ſtatu dȝ eẽ maioꝛ fri
giditas medicie repcuſſiue q̄ȝ ſtipticitas: ſȝ ñ itelligas ꝓ
pter h̄ ꝙ i ſtatu medicia repcuſſiua debeat eẽ magl̄ fr̄a q̄ȝ
in p̄nº nec Aui. itẽdit h̄ dicẽ ꝙ i p̄nº medicia repcuſſiua
d̄beat eẽ vehemẽtl̄ ſtipticitatl̄ adeo q̄ſi vt ſit magl̄ ſtiptica
q̄ȝ frida: nihilominꝰ tñ debẽt eẽ vehemẽtis ſtipticitatis: ſȝ
in ſtatu nõ dȝ eẽ tãte fritatl̄: qꝛ mã nõ idiget pura repcuſſi
one: ſic̄ in p̄nº cū h̄ illa friditas i ſtatu dȝ eẽ maioꝛ ſtiptici
tate: qꝛ vel pue vl̄ nulle ſtipticitatl̄ dȝ eẽ medicia repcuſſi
ua in ſtatu: cū mã v̄e vel totalr̄ vel ſm̄ maiorẽ ptẽ ſui flu-
xerit: ⁊ iõ dato ꝙ in p̄nº ſui deberet eẽ medicia magl̄ ſti-
ptica q̄ȝ frida: ⁊ in ſtatu ſit magl̄ frida q̄ȝ ſtiptica: nõ ſeq̄t̄
ex h̄ ꝙ in ſtatu ſit magl̄ frida q̄ȝ in p̄nº qꝛ i p̄nº cū h̄ ꝙ ſit
vehemẽtis ſtipticitatis dȝ eẽ fortiter fr̄a: i ſtatu aūt nõ dȝ
eſſe multe fritatis ⁊ nulle vel pue ſtipticitatis. Et ꝑ h̄ pȝ
rñſio ad p̄mū argumẽtū. ¶ Iterū etiã nõ itelligas ꝙ ꝑ id
dictū Aui. velit ꝙ in ſtatu debeat poni medicia fr̄a pura.
ſȝ vult dicere ꝙ talia medicamia fr̄a repcuſſiua q̄ debẽt
admiſceri cū reſolutis i ſtatu debẽt eẽ magis frida q̄ȝ ſti-
ptica: qꝛ i ſtatu cuiuſlibȝ ap̄atis cõpetit reſolutiuū admi-
xtū cū refrenatis. Sȝ nihilominꝰ itellige ꝙ i heriſipilla
debẽt eẽ mixta magl̄ cū infridatis q̄ȝ in flegmõe: eo ꝙ in
flegmõe ifridatiua nulloꝰ vel paꝝ debẽt admiſceri cū re-
ſolutis i ſtatu: vt dictū fuit ſupra: in heriſipilla aūt debẽt
pl̄s miſceri infridãtia cū reſolutis. ¶ Et cã hꝰ pȝ ex dc̄is
qꝛ in heriſipilla magis cõpetit alteratio q̄ȝ in flegmõe in
flegmõe ãt maioꝛ reſol̄o: ⁊ iõ qꝛ i ſtatu heriſipille adhuc
debẽt eẽ ifrigidãtia ⁊ alterãtia: ⁊ iõ dixit h̄ Aui. Circa ſta-
tū v̄o ipſiꝰ: vt oñderet ꝙ illa debẽt eẽ pl̄s ibi ifridãtia q̄ȝ
ſtiptica cõparãdo fritatẽ eoꝝ ad ſtipticitatẽ q̄ cõpetit i ſta
tu: ⁊ qꝛ in ſtatu nõ cõpetit pura repcuſſio: iõ dic̄ ſtati poſt
(Et caue iteꝝ ne denigret̄ ⁊c̄.) Et ẽt magl̄ poſt dicit Aui.
⁊ curet̄ cū eo in q̄ eſt reſol̄o ⁊ exiccatio fortis cū ifridati-
one: ⁊ iõ dixi in diuidẽdo ꝙ h̄ Aui. oñdebat q̄lis medici
na cõpetit i ſtatu cõparãdo ad tp̄s p̄ncipij: ⁊ iõ h̄ ſolū fac̄
mẽtionẽ de medicia fr̄a: q̄ dȝ eẽ mixta cū reſolutis oñdẽ
do q̄lis dȝ eẽ ibi. (Et ſi heriſipilla fuerit.) dixi ꝙ Aui. oñ
dit abſolute q̄lis medicia cõpetit i ſtatu: ⁊ iõ dic ibi ꝙ me
dicia eiꝰ dȝ eẽ reſolutia ⁊ exiccatia cū ifridatiõe. Et ꝑ hec
q̄ dicta ſunt pȝ rñſio ad 2m augmẽtū. Deinde cū dicit:

¶ Et caue cū hoc ne redire facias materiã ad mẽbrū intrinſecū aut mẽbrū nobile. Et caue iterū ne denigret̄ mẽbrū ⁊ fuſcū fiat ⁊ icipiat ire i viã corruptiõis: ⁊ cū apparet aliq̄d de hoc incede in cõtrariū vie ſtipticitatis ⁊ infrigidationis.

¶ Docet h̄ euitare q̄dã nocumẽta q̄ poſſent accidẽ ex rep
cuſſiõe incõueniẽter fc̄ã: dic̄ ḡ. Et caue tibi cū h̄. i. cū rep-
cuſſiõe ne redire facias mãȝ ad mẽbrū itriſecū. i. ad mẽ-
brū nobile: ⁊ h̄ eẽt q̄ñ heriſipilla eẽt i emūctorijs: ibi em̄
nullū ap̄a repcutit̄ ꝓp timorẽ reditꝰ mãei ad mẽbrū p̄nci
pale: vt dictū fuit p̄us: ⁊ iõ ibi ñ d̄bemꝰ ponẽ repcuſſiua
ſȝ reſolutia: qꝛ nõ curamꝰ ſi ap̄a augmẽtet̄ vt dic̄ Auic. in
pº caº aliq̄ñ ipm augemꝰ ſtudioſe: vt dc̄m̄ fuit ṡ. Tūc po-
nit aliud nocumentū qδ poſſet accidere ex nimia reper
cuſſione: vñ p̄mū nocumentuȝ accidit ex repercuſſione

abſolute: ſed illud pōt accidere ex nimia repcuſſione. Et dicit. Et caue iterū ne ꝓpter nimiā repcuſſionē mēbrum denigret ⁊ fuſcū fiat: ⁊ cū appet aliqd de hoc. i. de illo nocumēto icede in ꝯtrariū vie ſtipticitatis ⁊ ifrigidatiōis. i. icede tūc cū emplaſtris mollitis ⁊ reſolutis: ⁊ hec emplaſtra dicta ſunt in ca°. curatiōis flegmōis. Tūc ſeqt illa ps:

¶ Et ſi fuerit heriſipilla ſup cutē curet ex ſcoria plūbi cum vino pontico bullito cū folijs ſicle bullite cū vino.

¶ Aui. oñdit q̄ exitura pōt fieri duob° modis: vl' pt duplr̄ gn̄ari: dic ḡ: Et qn̄q; īcipit ⁊c. ⁊ qn̄q; n̄ īcipit ita. ſ. exitura vt dcm̄ ē. imo īcipit īceptiōe apatū caloꝝ ſanoꝝ ⁊c. h̄ eſt imo pmo īcipit apa calidū ſanū: deinde poſtea apd ſtatū ꝯuertit eē ei° ad maturationē: ⁊ tūc īcipit fieri exitura incipiēdo: ſed iſto mō fit pmutādo: vt dcm̄ ē prius. Dicit āt Aui. Apatū calidoꝝ ſanoꝝ: nō q̄ apata ſimplr̄ ſint ſana: ſed dicit ſanoꝝ pp reſpectū ad maligna q̄ non ꝯuertunt ad maturationē: ſed ad putrefactionē mēbri. vn̄ exitura fit ex illis q̄ ꝯuertunt ad maturationē: non autez ex illis que conuertuntur ad putrefactionē. Et ideo dicit Auic. ſignanter ſanoꝝ. Tunc ſeq̄tur illa pars.

¶ **Et nos ī poſteriorib° differim° ſermonē de dubelet frigidis q̄ cōprehēdūt humores viſcoſos ⁊ gypſeos ⁊ lapideos et arenoſos ⁊ capillares ⁊ alios.**

¶ In q̄ pte Aui. excuſat ſe a determinatiōe dubelet fridoꝝ q̄ꝛ vt dcm̄ fuit ſupra: dubelet nō ſolū dr̄ d cal'is: ſ; ēt d fridis. ¶ Et circa h̄ pōit ēt opionē q̄rūdā: deīde ſuā ītētionē Dic ḡ. Et nos ī poſteriorib°. ſ. ī tractatu apatū frigidorū differem° ſmonē de dubelet fridis q̄ cōphēdūt ⁊c. Et intellige h̄ q̄ ex h̄ q̄ dicit h̄ Aui. bn̄ appet q̄ determinat ī tractatu apatū fridoꝝ de dubelet fridis: ſ; aui. non facit aliqd caplm ſpāle de maturatiōe apatū fridoꝝ pp cām q̄ dicta fuit pus. Et iō ex h̄ appet q̄ illud nomē dubelet n̄ ſolum pōt dici de eo qd aggregat mām q̄ ē ꝯuerſura ī ſaniem: ſed ēt pōt dici de eo qd aggregat mām dato q̄ nō ſit cōuerſura in ſaniē: ſicut illa apoſtemata frigida q̄ dicuntur dubelet flegmatice: ſicut dictum ē ſupra.

¶ **L; ſint qdā q̄ appropriāt noīe aldubelet illd ī quo ſūt hūores illi° gn̄is. Verū nos loquimur nunc de eo quod aggregat materiam.**

¶ Hic circa dcā pōit opionē q̄rūdā: q̄ꝛ qdā ſūt q̄ approꝑant nomini dubelet talia apata frida q̄ ꝯgregāt hu. viſcoſos vel arenoſos ⁊c. veꝝ nos loq̄mur de eo qd aggregat mām hoc ē dicē l; illi appropriēt nomē dubelet ad talia apata frida: tn̄ nos loq̄mur tātū de eo. i. de dubelet qd aggregat mām. i. ſm q̄ aggregat mām abſolute ⁊ gn̄aliter ſiue illa mā ſit cal'a ſiue frida: vn̄ vult dicē Aui. q̄ hic nō accipit dubelet qn̄ diximus pus. Exitura eſt de ſūma dubelet ⁊c. approꝑate ſic illi dicūt Sed accipit dubelet put dubelet dicit q̄ noīat apa qd aggregat māz ſiue illa ſit calida ſiue frida: q̄ꝛ h̄ mō dubelet eſt ſic gen° ⁊ exitura ē ſicut ſpēs: vt dcm̄ fuit pus. Sed ſi acciperet dubelet ſm q̄ illi dicebāt: tūc nō fuiſſet bn̄ dictū q̄ exitura ē d ſūma dubelet ⁊c. imo dubelet ē ſic ex oppoſito diſtīcta ꝯtra exituram: ⁊ nō ē ſic gen°. Intellige aūt h̄ q̄ nō ē de noīb° curādū dūmō ītētiōes hn̄tur: ſic dic aui. ī p° ⁊ Gal. in libro d īgenio ſanitatis: eo q̄ noīa ſūt ad placitū ſignificatiua ſicut habent ex pmis doctrinis: iō aui. nō approbat nec iprobat illos q̄ ſic approꝑant nomē dubelet illis apatib° frigidis: ſed dicit q̄ illi ſic dicūt: ipſe aūt accipit dubelet magis generaliter q̄ꝫ illi. ¶ Deinde cum dicit:

¶ **Hoc. n. ſi īcipit exitura pp mām quaz expellit nā: ⁊ nō eſt poſſe vt penetret cutē neq; ēt ſupficiē carnis: imo ſeparat ei° cōtinuitatē p groſſitiez ſuā ſeparatione apparente: tunc q̄eſcit in vacuitate eius qd ſeparatur ſm pl'm: quare appet ei caput acutū ⁊ ꝓprie ſi fuerit materia acuta.**

¶ In pte illa: q̄ꝛ exitura pt fieri vel gn̄ari duob° modis. ſ. incipiēdo ⁊ pmutādo: ⁊ nō cōplete d̄clarauerat quō exitura fit īcipiēdo: iō ī pte illa aui. id cōplete d̄clarat: ⁊ vltra hoc ēt pōit modū ꝓceſſiōis eaꝝ. Dicit ḡ aui. hoc. n. ſ. apa qd aggregat mām ſi īcipit exitura. i. ſi fiat exitura īcipiendo pp māz quā expulit nā. ſ. ab īterioribus ad exteriora. Et nō ē poſſibile ⁊c. hoc ē quaſi vult dicē aui. q̄ tūc talis mā facit exiturā p' iſtū modū: ⁊ p q̄ꝛ nō ē poſſe q̄ talis mā vt penetret cutē neq; ſupficiē carnis: ⁊ h̄ pōt eē ex pte materie q̄ꝛ ſit groſſa vel multa: vel ex pte mēbri qd ī ſe hēat vacuitatē rōne cui° ē maxime ibi nata exitura fieri ⁊ congregari ſicut eſt in ſubaſcellis ⁊ in inguinib°: vt dcm̄ fuit ſupra imo talis mā ſeparat ei° cōtinuitatē. ſ. carnis ꝓpter groſſitiē ſuā ſeparatione apparēte. i. manifeſta: ⁊ hoc intellige in pte īteriori carnis: ſupple ⁊ tūc. ſ. talis materia q̄eſcit. i. aggregat in vacuitate eius qd ſeparat ſ; plurimū: quare apparet eius caput acutū. i. caput eleuatū: ⁊ ꝓprie ſi materia fuerit acuta: q̄ꝛ quāto materia eſt acutior tanto plus aſcēdit ſurſum: ⁊ per cōſequēs exitura h; tanto magis caput acutū: vnde quelibet exitura h; caput eleuatū pp collectionē ⁊ aggregationē materie in cōcauitate ⁊ ſinu quā h;: ſed q̄ꝫto materia eſt acutior tāto h; magis ca

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

put eleuatū: ſic ergo apparet per ea que dicta ſūt quō generaē exitura incipiēs: qꝛ fit ꝓpter materiā quā expellit natura que nō pōt penetrare ſupficiem carnis nec cutis: ſed facit ſeparationē in carne ⁊ in vacuitate in qua vacuitate materia cōgregaē ⁊ colligiē ⁊ facit eminentiam magnā: ⁊ quāto materia eſt acutior tanto ē eminētia maior: hoc ergo vult dicere Auicen. in hac parte.

¶ Iſte ergo exiture incipiunt ⁊ aggregant ſaniem: deinde maturatur ſanies: poſtea rumpitur: ⁊ fortaſſe indiget cōfortatione ⁊ maturatione ⁊ eruptione ⁊ fortaſſe non indiget.

¶ Hic ponit modum proceſſus exiturarum: ⁊ patet. Tūc ſequitur illa pars.

¶ Et quāto plus eſt exitura vehemētioris eleuatiōis ⁊ acutioris capitis ⁊ rubedinis: ē humor attract⁹ ei vehemētioris caliditatꝫ ⁊ ē velocioris maturitatis ⁊ reſolutionis ⁊ eructionis ⁊ ꝓprie eminēs ꝓcedens extra pinealis. Que autē ē cū diuerſitate lata ꝓfunda pauce rubedīs ē groſſe materiei mala decliuis ad iteriora pauci doloris grauis motus.

¶ In qua parte determinaē de exituris cōparatiue: ponit autem Aui. plures cōparatiōes exiturarū eo ꝙ exiture poſſunt plurib⁹ modis cōparari: ⁊ ſm hoc diuiditur pȝ illa in partes qnqȝ. Quia pᷓmo cōparat exituras ad ſeinuicem penes bonitatē ⁊ malitiā rōne materie. Secūdo cōparat eas penes bonitatē ⁊ malitiā rōne corruptionis earū. Tertio cōparat exituras ad mēbra oſtēdēdo in quibus mēbris fiunt vtplurimū exiture: ⁊ in quibus nō fiūt. Quarto cōparat exituras adinuicē penes bonitatem et malitiā rōne membroꝝ in quibus fiunt. Quinto comparat exituras adinuicē penes tarditatē ⁊ velocitatem ī maturatione. ſcđa ē ibi. (Et deterior eſt illa cui⁹ eruptio ⁊c̄) 3ª ibi. (Et nō eſt omne mēbrū cōueniens ⁊c̄.) 4ª ibi. (Et deterior exituraꝝ.). 5ª ibi. (Exiture quidē diuerſificanē ꝓpter ſpaciū materiatiōis ⁊c̄.) Dicit ergo de pᷓma parte. Et qn̄to plus eſt materia vel exitura ⁊c̄. Eſt humor attractus ei vehemētioris caliditatis: ſupple ⁊ vehemētioris ſubtilitatis: ⁊ ꝓprie eminens extra procedens pinealis: eo ꝙ quāto exitura eſt magis eminēs pinealis: tanto eſt ex materia calidiori ⁊ ſubtiliori: qꝛ calidi eſt ſurſum abſcindere: ſupple exitura q̄ eſt ex tali hūore ē ſalua. Que autē eſt de diuerſitate: hoc eſt: ſed illa exitura q̄ diuerſificatur a pᷣdicta: vt qꝛ ſit lata pauce rubedinis ē groſſe materie: ſupple ⁊ pauce caliditatis: ⁊ hoc eſt: qꝛ contrarioꝝ cōtrarij ſunt effectus: ⁊ ſupple talis exitura que fit ex tali humore eſt mala decliuis ad iteriora. i. ꝓcedēs ex membris exteriorib⁹ ad interiora: pauci doloris hoc eſt rōne materie q̄ nō eſt ita calida ſicut prima exitura eſt: vnde ī exitura que ē ex humoribus calidis ⁊ ſubtilibus eſt maior dolor q̄ȝ in exitura q̄ ē ex humoribus groſſis ⁊ paruȝ calidis: ſed citius reſolui ⁊ maturatur: ⁊ ideo ſaluior eſt. Cauſa autē quare ex hūoribus calidis ⁊ ſubtilib⁹ ē maior dolor q̄ȝ in illa q̄ eſt ex humoribus magis groſſis ⁊ frigidis eſt propter duo. pᷓmo qꝛ mala cōplexio calida maiorem inducit dolorē q̄ȝ mala cōplexio frgida: qꝛ dolor et leticia cauſantur ſm ꝙ apparet in pᷓmo Fen 2ª. ex ſubita mutatione cōuenientis ad incōueniens qn̄tū ad dolorē ⁊ ex ſubita mutatiōe incōuenientis ad cōueniens qn̄tum ad leticiam: vnde res q̄ nō mutat ſubito ſenſum vel qn̄tū ad conueniens vel qn̄tū ad incōueniens non infert letitiam nec dolorē: vt ibi dicit Auicē. qꝛ ergo mala cōplexio calida magis ſubito agit in membrum q̄ȝ mala complexio frigida eo ꝙ calidū eſt citius agēs q̄ȝ frigidū: iō maiorem inducit dolorē exitura ex humorib⁹ calidis ⁊ ſubtilibus: q̄ȝ exitura ex humorib⁹ groſſis ⁊ minus calidis. Iterū etiā ꝓpter aliud: qꝛ exitura ex humoribus groſſis corrūpit plus ſenſum mēbri ⁊ carnē in qua eſt q̄ȝ exitura ex humoribus calidis ⁊ ſubtilib⁹. Et cauſa hui⁹ eſt: quia exitura q̄ eſt ex humoribus groſſis plus īmoratur in mēbro: ⁊ ideo plus corrūpitur ſenſus ipſius: ⁊ ideo non ſentit ita mēbrum dolorem in ipſa ſicut in exitura que eſt ex hu. calidis ⁊ ſubtilibus: qꝛ illa mouetur de interiorib⁹ ad exteriora ⁊ de cētro ad circūferētiam. Iſta vero mouetur de exterioribus ad interiora ⁊ de circūferentia ad cētrū: ⁊ ideo prima exitura eſt ſalua. Iſta vero eſt mala cum ſit decliuis ad interiora ⁊ pauci doloris ⁊ contrarij motus.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Et deterior illa ē illa cui⁹ corruptio ē ad iteriora ⁊ corrūpit illō ſup qō vadit: ⁊ eſt de ea que expellitur ad vtrūqȝ latus.

¶ Hic Aui. cōparat exituras adinuicem penes bonitatē ⁊ malitiā rōne eruptionis eaꝝ: ⁊ hȝ iſte. §. duo dicta ſm ꝙ ponit duas cōparationes exituraꝝ penes bonitatē ⁊ malitiā rōne eruptiōis eaꝝ. 2ª pars īcipit ibi. (Et laudabilior eruptio ē.) Dicit ergo pᷓmo. Et deterior. ſ. exitura iſta. ſ. q̄ dicta ē: ē illa cui⁹ eruptio eſt ad īteriora. Iſta enī eſt adhuc deterior pᷣdicta qn̄uis illa ſit etiā mala: qꝛ actualiter penetrat ad īteriora mēbra: illa vero nōdū actualiē penetrabat in interiorib⁹: ſȝ erat in potētia penetrandi. Pauci doloris: hoc eſt ꝓpter duo. Primo: qꝛ talis exitura q̄ rumpiē ad īteriora eſt ex humoribus groſſis: qꝛ humores groſſi mouenē de exteriorib⁹ ad īteriora: vt dictū eſt ſupra. Humores groſſi ⁊ nō multū calidi nō īducunt tātū dolorē ſicut humores calidi ⁊ ſubtiles. Iteꝝ etiā eſt pauci doloris: qꝛ illa exitura corrūpit illud ſup qō vadit vt dicit Aui. ⁊ ideo corrūpit ſenſum mēbri: ⁊ ideo talē exitura eſt pauci doloris: ⁊ itelligiē hoc per reſpectū. ſ. ad exituram pᷓmā ſaluā q̄ dicta eſt que eſt ex humorib⁹ ſubtilibus ⁊ calidis ⁊ cōtrarij motus ſupple motui exiture prime que ē ex humorib⁹ ſubtilibus ⁊ calidis: qꝛ illa exitura mouetur de īteriorib⁹ ad exteriora. Iſta vero moueē ē exteriorib⁹ ad interiora ⁊ erumpiē ad īteriora. ¶ Vnde illud qō ſic dicit cōtrarij mot⁹: nō dicit reſpectu illi⁹ exiture que dicta ē imediate: qꝛ illa eſt eiuſdē mot⁹ cum iſta cū declinat etiā ad īteriora: licet nō ſit in tāta malitia ſicut illa cum nō ſit adhuc in actu penetrādi: ſicut eſt illa: ſed dicit hō per reſpectuȝ ad exiturā pᷓmā que eſt ſalua que mouet de interioribus ad exteriora: vt dictum eſt. Et de ea q̄ expelliē. i. rumpiē ad vtrunqȝ latus. i. ad īteriora ⁊ exteriora: ⁊ ſupple illa ē peior oīb⁹ ſm ꝙ dicit ypoc. in fine primi ꝓnoſticoꝝ. Et cām hui⁹ ponit Gal. ibi in cōmento ꝙ qn̄ exitura rumpiē ad īteriora ⁊ exteriora: tūc vt dic̄ Ga. nocumentuȝ duplicaē. ¶ Iteꝝ etiā vt dicit tunc Gal. nō eſt locus a quo incipiat generare carnē ſicut ſunt fundamenta q̄ ſunt ſuper terrā: quaſi velit dicere Gal. ꝙ quando rumpitur ad exteriora ⁊ īteriora: tunc natura nō hēt ſup qō ſe fundet in reſtaurādo ⁊ generando carnē: eo ꝙ fundamēta nature ſunt ſpiritus ⁊ membra: vt pȝ. 11. de īgenio ſanitatis: nunc autē mēbrū deperditum ē cum ſit ruptura intus ⁊ extra: ⁊ ēt ſpūs depdunē cū libere exalēt ⁊ iō quādo eſt ruptura intus ⁊ extra: natura nō hȝ fundamentū ſuper quo ſe fundet ſicut fundamēta ponunē ſup terram: ⁊ ideo exitura que rumpiē ad vtrunqȝ lat⁹ eſt peior. Et huiuſmodi verba melius declarantur in cōmento finis primi pronoſticorum vbi tangitur hec materia: ſi ergo vis ſufficientem declarationem queras ibi eam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

¶Deinde cum dicit:

¶Et laudabilioꝛ eruptio eius eſt ad vētriculum ꝓprium mēbꝛo cui eſt via currens ad exterioꝛa ſicut exitura ſtomachi vt enī erūpatᷓ ad interioꝛa ei⁹ ⁊ ipſi⁹ cōcauitatē meli⁹ ē q̃ʒ rūpatᷓ ad exterioꝛa eius ⁊ ad ventriculū cōtinētē mirach.

¶Hic Aui. ponit aliam cōparationē exiturarꝫ penes bonitatē ⁊ malitiam ratiōe eruptionis. Dicit ergo. Et laudabilioꝛ eruptio ei⁹ ē ad vētriculū ⁊c̃. quaſi velit dicere: illa exitura eſt laudabilioꝛ min⁹ mala cuius eruptio ē ad ventriculū ꝓpꝛiū. Et ratio huius qḋ dicit Auicē. ē manifeſta: qꝛ hoc ē, vt poſſit libere mūdificari ſanies ⁊ virus ſicut exitura ſtomachi. ¶Hic exēplificat declarādo illḋ quod dixit: melius enī eſt ꝙ exitura ſtomachi erūpatur ad īterioꝛa eius ⁊ in cōcauitatē ipſius vt poſſit mūdificari ⁊ egredi libere ſanies ⁊ virus q̃ʒ rūpatur ad exterioꝛa eius: ⁊ ad vētriculū continētē mirach. i. q̃ʒ rumpatᷓ v̾ſus ſiphac: qꝛ quādo exitura ſtomachi rūpitur ad exterioꝛa: verſus ſiphac: tūc ſanies nō inuenit libere meatū ad exterioꝛa: ⁊ iō tūc nocet nocumento vehemēti.

Sed foꝛte aliquis dubitabit de hoc quod dicit Auic. ⁊ ad ventriculum cōtinentē mirach. expoſitū enīʒ ē ꝙ ītelligit q̄ rūpatur ad ventriculū cōtinētem mirach. i. verſus ſiphac. ¶Modo dices tu. ſiphac nō cōtinet mirach: imo mirach cōtinet ſiphac: cū mirach ſit pāniculus exterioꝛ: ⁊ ſiphac pāniculus īterioꝛ cōtent⁹ a mirach: quomō dicit ergo ad ventriculū cōtinentē mirach: imo deberet dicere ad ventriculū cōtinentē ſiphac. ¶Tu potes reſpondere ꝙ verum ē ꝙ mirach ē pāniculus exterioꝛ ⁊ ſiphac ē pāniculus magis intus ītra viſcera. Et iō diſtinguēdum eſt: qꝛ aut ꝓcedim⁹ de mēbꝛis exterioꝛib⁹ ad interioꝛa: ⁊ ſic mirach cōtinet ſiphac cū ſit panniculus pꝛioꝛ. Aut poſſum⁹ procedere de membꝛis interioꝛib⁹ ad exterioꝛa. Et ſic ſiphac continet mirach cum ſit pꝛioꝛ: ⁊ ita foꝛte intelligit Auicenna. cum dicit ad ventriculum continentem mirach: cum loquatur de eruptione exiture ſtomachi procedendo verſus ſiphac ⁊ mirach.

¶Sicut eruptio ei⁹ q̄ ī cerebꝛo ad duos vētriculos anterioꝛes laudabilioꝛ ē: qm̄ ambobus ſunt meatus ſicut naſus ⁊ nares. Et quādo rumpitur ad ſpacium cōtinens cerebꝛum aut ad ventriculum poſterioꝛē nō inuenit meatū ad exterioꝛa ⁊ nocet nocumento vehementi.

¶Hic Auicē. ponit illud exemplū declarando etiaʒ illud quod dictū eſt. Dicit ergo: ⁊ planū eſt. Sicut naſus ⁊ nares: ſi illa littera dicat ſic: tūc expone ſic: naſus ⁊ per. i. nares: verum eſt ꝙ ego inueni aliud exēpli quod dicit ſic: naſus ⁊ aures: tamen non videtur mihi bona littera eo ꝙ meat⁹ per quos emanant ſuperfluitates. ſ. anterioꝛis partis cerebꝛi ponūtur ab auctoꝛibus nares ⁊ palatū nō autem aures: vnde ſolū credo ꝙ littera debeat eſſe ſicut ſtat: licet videatur ſuperfluitas in verbis. Et quandoqꝫ rumpitur. ſ. exitura ad ſpacium cōtinens cerebꝛum: illḋ poteſt exponi vno modo ad ſpaciuʒ cōtinens cerebꝛum ideſt quādo rumpitur ad concauitateʒ de ſubtus in qua continetur cerebꝛū: tunc enim eſt maluʒ cū non habeat ſanies liberum exitū ſicut eſt de exitura ſtomachi quando rumpitur ad exterioꝛa eius verſus ſiphac. ¶Vel poteſt exponi ad ſpacium cōtinens cerebꝛum: ideſt ad ventriculum medium cerebꝛi: qꝛ peioꝛ eſt exitura que rumpitur ad ventriculum medinm cerebꝛi q̃ʒ illa que rumpitur ad ventriculos anterioꝛes cerebꝛi eo ꝙ ſanies: ita nō poteſt libere egredi: ⁊ peioꝛ omnib⁹ iſtis eſt illa que rūpitur in poſterioꝛē cerebꝛi. ¶Deinde cum dicit.

¶Et nō eſt omne membꝛū cōueniēs ad hoc vt eueniat in ipſo exitura: in iuncturis enīʒ minoꝛatur egreſſio exiture: qm̄ in eis ſunt humoꝛes mucillaginoſi: ⁊ loca eoꝛum ampla nō ſuffocantia materiā neqꝫ retinētia egreſſionē putridi. Nō ſi egrediatᷓ illic exitura erit ꝓꝑ rē maximā.

¶In parte iſta Auicen. comparat exituras ī reſpectu ad mēbꝛa in quibus: vt plurimū poſſunt fieri: ⁊ in quib⁹ vt raro. Et patet quod dicit: qꝛ cauſa quare minoꝛatᷓ exitura in iuncturis eſt ex duobus. Pꝛimo ex parte humoꝛū quia humoꝛes vtplurimū currentes ad iuncturas ⁊ ī eis qui reperiuntur ſunt groſſi ⁊ mucillagīoſi: humoꝛes autem groſſi ⁊ mucillaginoſi raro conuertuntur ad ſanieʒ. Et ideo ex eis vtplurimū non fit exitura. ¶Item etiam ratio eſt ex parte membꝛoꝛū: quia loca iuncturaruʒ ampla: ⁊ ideo humoꝛes in eis non ſuffocantur ex qua ſuffocatione accidat ei calefactio extranea mouens ipſum ad ſaniē. ¶Iterum etiam propter amplitudinem loci non retīetur egreſſio putredinis: ideſt caliditatis putredinalis: imo exalat que poſſet mouere humoꝛem ad ſaniem: ⁊ ꝓpter cauſas cōtrarias iſtis vtplurimū exiture fiunt in inguibus ſubaſcellis ſm̄ ꝙ dicit Raſis vt dictum ē ꝑus. ¶Deinde cum dicit.

¶Et deterioꝛ exiturarum ⁊ malignioꝛ earum eſt que egreditur ſuper extremitates lacertoꝛuʒ: ⁊ pꝛopꝛie lacertoꝛū plurium neruoꝛum.

¶In parte iſta Aui. comparatᷓ exituras adinuiceʒ penes bonitatem ⁊ malitiā rōne membꝛoꝛū in quibus fiūt: ⁊ patet quod dicit: qꝛ illa eſt deterioꝛ exitura ceteris paribus que egreditur ſuper extremitates lacertoꝝ plurium neruoꝛum eo ꝙ maioꝛ eſt timoꝛ ꝓpter ipſaʒ de ſpaſmo ex repletione neruoꝝ. Tunc ſequitur illa pars.

¶Et exiture quidem diuerſificantur ꝓpter ſpacium maturationis ſaniei ſue ſʒ humoꝛē in ſubtilitate ⁊ groſſitudine ſua ⁊ complexionem in caloꝛe ⁊ frigoꝛe eius ⁊ equalitate eius ⁊ ſm̄ tempus ⁊ etatem ⁊ ſubſtantiam membꝛi: ⁊ nō cōtingit ne maturetur exitura ⁊ ne conuertatur qḋ in ea eſt in pus: niſi pꝛopter paruitatem caloꝛis innati in membꝛo aut ꝓpter groſſitudinē ſubſtātie que eſt materiei.

¶In qua parte comparat exituras ad ſeinuicē penes tarditatē ⁊ velocitatē maturatiōis: ⁊ habet ille. §. duo dicta: qꝛ in ꝑmo dicto ponitᷓ cauſaʒ tarditatis ⁊ velocitatis maturatiōis exiture: in ſecūdo dicto circa hoc ponit cauſaʒ quare ſanies que ē exitura aliquādo nobis non manifeſtatur. Unde tūc tardamus in cognitione ſaniei exiture. ſcḋa ibi. (Et quādoqꝫ contingit ex hoc vt fiat ſanies ⁊c̃.) Dicit ꝑmo: ⁊ exitura q̄dem ⁊c̃. Planū eſt. Et nō cōtingit ne maturetᷓ exitura ⁊ ne cōuertatur quod in ea eſt in pus ſupple cito ⁊ velociter: ſed tardatᷓ in maturatiōe niſi pꝛopter paruitatem ⁊c̃. ¶Deinde cum dicit:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Et quandoqꝫ contingit ex hoc vt fiat ſanies in interiore parte ſui ⁊ non appareat ſenſui propter profunditatem pus ⁊ groſſitudinem eius quod eſt ſuper ipſū ⁊ ſtatur ſuper maturitatem ſaniei velociter ⁊ quandoqꝫ non ſtatur ſm ſubſtantiam ſuam in groſſitudine: ꝙ ſi maturatur ⁊ ſubtiliatur lenitur ſuba eiꝰ velocit: ⁊ ſꝫ ꝙ ē de carne iſta plurima ⁊ pauca.

¶ Auicen. oſtendit cauſam ex dictis: quare ſanies que eſt in exitura aliquādo nobis non manifeſtatur: vnde quādoqꝫ decipimur. Dicit ergo. Et quādoqꝫ cōuenit ex hoc ⁊c. quare ſtatur ideſt differtur ſupple ad cognoſcendum velociter ſuper maturitatem ſaniei: qꝛ propter groſſitudinem pꝛius tardatur aliquādo in cognoſcendo ſaniez: ⁊ credimus quandoqꝫ ꝙ non ſit ſanies ⁊ eſt ſanies. Et quandoqꝫ non ſtatur: ideſt non differtur ad cognoſcendum ſm ſubſtātiam ſuam. ſ. puris in groſſitudine: ꝙ pro quia: quia ſi maturatur ⁊ ſubtiliaſ ſcꝫ pus lenitur velociter: ideſt inuenitur locus lenis tactui: ⁊ tunc non tardamus ad cognoſcēdum ſaniem. Uult ergo dicere Auicē. ꝙ aliquando tardamꝰ ad cognoſcendum ſaniem ⁊ pus in exitura ꝓpter groſſitiem puris ⁊ profunditatē ipſius. Aliquando autē non tardamus: vt ſi ille humoꝛ groſſus matureſ ⁊ in maturatiōe ſubtilietur: qꝛ tunc īuenitur locus lenis ad tactum ⁊ redundatio ſaniei que ſunt ſigna ſaniei: vt poſtea apparebit. Et ſecundū ꝙ ſuper eā de carne plurima ⁊ pauca ſupple ſtatur etiam ad cognoſcēduꝫ ſaniem: quia ſi ſuper ſaniem ſit caro multa: tunc nō poſſumus ita cognoſcere ſaniem ſicut ſi ſuper ſaniem ſit caro pauca eo ꝙ apparet ita ſenſui. ¶ Duas ergo cauſas tāgit Auicē. quare ſanies non apparet nobis ſenſui: ⁊ per conſequens poſſimus tardare in cognitiōe ſaniei. Unā cauſam tangit ex parte ſaniei ⁊ aliaꝫ ex parte carnis que eſt ſuper ipſam. ¶ Et has cauſas ypocras optime tangit in quodam afforiſmo ſexte particule. Quibuſcunqꝫ ſanies facta in corpore non manifeſtatur his propter ſpiſſitudinem ſaniei aut loci non manifeſtatur.

¶ Et ꝓpter cauſas exiture ⁊ caſus ad ſaniē ꝓpter repletionem ⁊ multitudinem materiei ⁊ coꝛruptionē eius.

¶ Hic tangit Auicen. vt mihi videtur quaſdaꝫ cauſas tarditatis maturationis exiture. Unde ſermo ille nō continuatur ſermoni qui dictus eſt modo: ſed continuatur illi ſermoni. Et nō contingit ne maturetur exitura ⁊c. ibi enim poſuit duas cauſas: quare tardaſ exitura in maturatione. Una cauſa ē ꝓpter paruitatē caloꝛis membꝛi. Alia eſt ꝓpter groſſitiem ſubſtantie materiei. Interpoſuit autem poſtea ſermonem illum aliū intermediū: qꝛ ille ſermo inferebatur ex illo. Poſito ergo illo ſermone intermedio qui inferebatur ex illo. Auicen. modo predictis cauſis tarditatis maturatiōis addit alias cauſas. Dicit ergo. Et ſupple ne exitura maturetur cito ⁊ cōuertatur qđ in ea eſt in pus ꝓpter cauſas exiture ⁊ caſus eius. i. euentus eius ad ſaniem ꝓpter repletionē ⁊ multitudinē materiei ⁊ coꝛruptionē ipſius. Unde Auicē. ꝓter duas cauſas ꝑdictas tangit alias cauſas tarditatis maturatiōis exiture. Unam tangit ꝓpter cauſas exiture efficiētes remotas: qꝛ ſi cauſe exiture efficiētes remote ſint tales ex qbus habeant generari humoꝛes groſſi ſicut eſt nauſeatiua ſatietas ⁊ egritudines que nō faciūt criſim cum euacuatione apparēte: qꝛ tales egritudines fiūt ex humoꝛibꝰ groſſis: tūc exitura que eſt ꝓpter tales cauſas tardaſ plus in maturatiōe qꝫ illa que eſt ꝓpter cauſas ex quibus habēt generari humoꝛes calidi ⁊ ſubtiles: ⁊ ille oēs finaliter reducunſ ad cauſam humoꝛalē cōiunctaꝫ quā ſuperius tetigit Auicē. qꝛ ꝓpter illas cauſas remotas efficientes exitura non plus tardaſ in maturationes niſi ſm ꝙ ex iſtis cauſis illi generātur humoꝛes groſſioꝛes vel ſubtilioꝛes qui actu faciūt apoſtema ⁊ exituram. Aliam cauſaꝫ tarditatis maturationis Auicen. tangit cum dicit ꝓpter repletionē ⁊ multitudinē materiei: qꝛ non ſoluꝫ groſſities humoꝛis poteſt eſſe cauſa tarditatis maturationis: ſed etiaꝫ multitudo que propter ſuam multitudineꝫ vinci nō pōt a natura vel tarde vincitur. ¶ Aliam cauſam tarditatis maturatiōis tangit Aui. cum dicit. Et coꝛruptionem eiꝰ qꝛ non ſolū groſſities ⁊ multitudo humoꝛis poſſunt eſſe cauſa tarditatis maturatiōis: ſed ēt coꝛruptio ipſiꝰ pōt eē cauſa tarditatis maturatiōis: qꝛ ꝓpter coꝛruptionē ipſiꝰ a natura vinci nō poteſt vel tarde vīcitur. ¶ Sic ergo ex predictis poteſt apparere ꝙ quatuoꝛ ſunt cauſe imediate tarditatis maturationis exiture. Una tenet ſe ex parte virtutis ⁊ caloꝛis membꝛi: vt quia ſint debiles. Alie autē tres tenent ſe ex parte humoꝛis: vt qꝛ humoꝛ ſit groſſus vel multus vel coꝛruptus. Ille autēꝫ cauſe que ſunt cauſe remote reducuntur ad cauſam humoꝛalē: vt dictum ē pꝛius. Et non ſolum quatuoꝛ dicte cauſe ſunt cauſe tarditatis maturationis: imo aliquādo ſunt cauſe ꝙ nullo modo maturetur: ſed membꝛuꝫ coꝛrumpatur ſm ꝙ ille cauſe plus intenduntur vel remittūtur: vt patet homini ſubtiliter intuenti. Tunc ſequitur illa pars.

¶ Et cāe eius ſunt nauſeatiua ſatietas ⁊ exercitia mala ⁊ egritudines que nō faciunt criſim cum euacuatione apparētie ⁊ nocumenta aīalia ex anguſtijs ⁊ ſollicitudinibus coꝛrumpētibus ſanguinem.

¶ In parte illa Auicē. ponit cauſas exiture: ⁊ patet quod dicit. Intellige tamē hic ꝙ iſte cauſe quas Aui. ponit hic ſunt cauſe vtplurimū exiture que ſit incipiēdo: ſed cauſe exiture que ſit ꝑmutando ex apoſtemate calido ſunt vel groſſities humoꝛum vel multitudo ipſius qui propter groſſitiem ſuam vel multitudinem que eſt in apoſtemate nō poterit totaliter reſolui ⁊ vinci a natura: ſed ſolum natura vincit ipſum quodam modo: quia generat ide ſanieꝫ: ⁊ tūc apoſtema conuertitur ad exituram: vel cauſa ipſius eſt debilitas virtutis que nō poſſit totaliter reſoluere materiā apoſtematis: ſed apoſtema cōuertiſ ad exituram ⁊ collectionem. Tūc ſequitur illa pars.

¶ Et de exituris qdē ē ſpecies que nominatur turmuſios: ⁊ eſt exitura q̄ rūpitur ⁊ qđ eſt ſub ea ē ſimile carni bouine: deinde apparet ab ipſa ſanies alia.

¶ In parte illa Auicen. ponit quaſdā ſpecies exituraruꝫ quibus nomina ſunt impoſita. Ponit ergo ꝑmo vnam ſpeciem ipſius que nominatur tarmiſios: ⁊ exponiſ tarmiſios in latino. ideſt apoſtema taurinū: quia illud apoſtema vel exitura pꝛimo cum erumpiſ exit inde ſanies: ⁊ poſtea apparet ſub illa ſanie: quedam caro ſimilis carni bouine vel thaurine: ⁊ cum rumpitur illa caro exit inde ſanies alia: ⁊ ideo nominatur in latino tale apoſtema camerarū quia habet plures cōcauitates ad modū camerarum in quibus eſt ſanies. ¶ Et cauſa talis diuerſitatis in apoſtemate eſt ſm diuerſam diſpoſitionem humoꝛis ꝑ partes ſuas: poſſibile eſt enim ꝙ vna pars humoꝛis ſit apta cōuerti in ſaniē. Unū pꝛimo natura cōuertit illū humoꝛem in ſaniē: ⁊ vlterius poſſibile eſt ꝙ alia pars hūoꝛis ſit inepta ad digeſtionem ⁊ cōuerſionē in ſanieꝫ pro

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

pter groſſitiem ipſi⁹: vnde talis pars humoꝛis nõ cõuer/titur in ſaniē: ſed cõuertitur in quãdam carnem malam ſimilem carni bouine. Et poſſibile eſt ꝙ alia pars hũo/ris ſit apta cõuerti ad ſaniē: vnde natura cõuertit ipſam ad ſaniem ꝑpter qd̄ generãtur ibi diuerſe extremitates ad modum camerarũ in quib⁹ ſunt ſanies plures: ⁊ ideo directe vocaẜ illud apoſtema apã cameratuʒ. ¶ Et ex di/ctis apparet ꝙ tale apoſtema: vtpluri mũ eſt ex humoꝛi/bus groſſis ⁊ frigidis: quoꝛũ quedã partes poſſunt con/uerti ad ſaniē: ⁊ quedã nõ poſſunt cõuerti in ſaniē: ſed cõ uertunẜ in carnē malam: imo vtplurimũ in apoſtemati/bus que ſunt ex humoꝛibus frigidis ⁊ groſſis: licet non ſit in eis ſemper talis diuerſitas ad modum cameraꝝ: ta men ego vidi quaſi ſemp ꝙ quãdo ſanies eſt egreſſa per rupturam apoſtematis ꝙ eſt ibi quedã caro mala mollis que eſt generata ex humoꝛibus qui ꝑpter ſuã groſſitieʒ ⁊ viſcoſitatem nõ poſſunt totaliter cõuerti in ſaniē: ſed cõ uertuntur in carnem malã quantuʒ ad quandam parteʒ que eſt magis inobediens: ⁊ quantũ ad aliã partem que eſt magis obediēs cõuertitur in ſaniem.

¶ Et de exituris ē ſpēs que nominaẜ al/ber ⁊ eſt exitura vaſalis rotunda ⁊ rubea quã qui hēt ſm plurimũ nõ expoliatur a febꝛe: ⁊ ei⁹ euētus ſm plurimũ ē in capi/te: ⁊ quãdoqʒ accidit in alijs locis.

¶ Hic Auicen. connumerat quandam aliam ſpeciem exi/ture cui nomen eſt impoſitũ albir. idẽ exitura gramati/lis. aliud quod dicit planum eſt.

¶ Significatio qd̄ apã ſit exitura. Cap. xxi.

C Um videris pulſationē plurimã aut duritiē pꝛolongatã ⁊ calidita tem: tunc exiſtima ꝙ apoſtema ē i via vt fiat exitura.

¶ Superius determinauit Auicē. de exituris oſtēdendo quid ſunt ⁊ qͣ̃tum ad cauſas earũ ⁊ quantũ etiã ad ſpeci/es earũ. In parte illa Auicē. determinat de exituris quã tum ad ſigna. ¶ Et diuiditur hec pars in duas. Primo ponit ſigna exiturarum extrinſecaꝝ. ſecũdo ponit ſigna exiturarũ intrinſecarum. ſcd̄a ibi. (Quãdo accidit apoſte ma calidum in viſceribus.) Prima pars diuidiẜ in par/tes tres. In ꝑma parte ponit ſigna ꝙ apoſtema fiat exitu ra. In ſecũda parte ponit ſigna maturatiõis exiture. In tertia parte ponit iudicia ſaniei bone ⁊ male. ſecũda ibi. (Cum videris lenitatem ⁊c̃.) tertia ibi. (Sanies laudabi lis ⁊c̃.) Dicit ergo pꝛimo cuʒ videris pulſationem pluri/mum ⁊c̃. Planum eſt quod dicit.

¶ Digeſtio maturatiõis ⁊ eius ſignũ. Cap. xxij.

C Um videris lenitatē quandã ⁊ ſe dationem doloꝛis: tunc ſcias ꝙ ē in via maturationis.

¶ In illo ca. ponit ſigna maturatiõis exiture: ⁊ planuʒ eſt qd̄ dicit. ¶ Sed dubitabit aliqs de hoc qd̄ dicit Auic̃. Di cit enim ꝙ cũ tu videris lenitatē quandam ⁊ ſedationem doloꝛis: tunc exitura eſt in via maturatiõis. ypocras eniʒ dicit ꝙ circa generationem ſaniei accidunt doloꝛes ⁊ fe/bꝛes magis qͣ̃ facta ſanie: ergo tunc quãdo exitura eſt in via vt maturetur: tunc debet augeri doloꝛ. Reſponde ꝑ expoſitionē littere ꝙ Auicē. itelligit quãdo dicit ꝙ tunc exitura eſt in via maturatiõis hoc eſt ꝙ exitura eſt totali/ter matura ⁊ ſanies eſt cõpleta: nõ aũt itelligit ꝙ ſit in via maturationis: vt qꝛ incipiat maturari.

¶ Judicia ſaniei. Cap. xxiij.

S Anies laudabilis eſt illa q̃ ē alba lenis cui nõ ē doloꝛ hoꝛribilis ⁊ i q̃ nõ oꝑata ē niſi caliditas inata: lʒ nõ ſit excuſatio a cõitate extranee

¶ In iſto capitulo Auicē. ponit iudicia ſaniei bone ⁊ ma/le. Diuidiẜ autē pars hec i partes tres. Primo ponit iu/dicia ſaniei laudabilis. ſcd̄o ponit iudicia apoſtematis ſa niei illaudabilis. tertio qꝛ ſaniatio ⁊ materiatio eſt q̃daʒ terminatio apoſtematis: ⁊ terminatiões materiei apoſte matis ſũt multe: qꝛ aliquãdo apoſtema terminaẜ ad ſani em: aliqñ ad reſolutionē: aliquãdo ad duriciē ⁊c̃. Auic̃. cõnumerat ⁊ ponit modos terminatiõis illoꝛum apoſte matum. ſcd̄a ibi. (Et ſanies mala.) tertia ibi. (Et neceſſe ē omni ſaniei ⁊c̃.) Pꝛia i duas. ꝑmo ponit qd̄ ē ſanies lau/dabilis. ſecũdo reddit cauſam eius qd̄ dictũ eſt. 2ª ibi. (Et non addiẜ eius lenitas.) Dicit ergo ꝑmo. Sanies lauda bilis ⁊c̃. licet nõ ſit excuſatio a cõitate extranee. ſ. calidita tis. Dicit autē hoc Aui. pꝛo tãto: qꝛ alteratio humoꝛis i ſa niem ē alteratio naturalis: ſed nõ eſt pura alteratio natu ralis: ſed ē media iter pure naturalē ⁊ pure inaturalē: et ꝑpter hoc i alteratiõe humoꝛis i ſaniem nõ eſt excuſatio ab operatiõe caliditatis extranee. ¶ Nota ergo ꝙ triplex eſt alteratio ſm ꝙ extrahiẜ ex dictis Gal'. i cõmento pꝛo/noſticoꝝ: quedã ē alteratio pure naturalis que ſit in nu/trimēto. Et alia eſt alteratio pure inaturalis que ſit a ſo/lo' caloꝛe extraneo ſicut eſt i putrefactione. Et quedã eſt alteratio media iter iſtas ſicut eſt i ſanie.

¶ Et non addiẜ eis lenitas niſi vt ſciatur ꝙ ipſa eſt pꝛeparata pati a virtute dige/ſtiua ⁊ nõ diuerſificatur eius pꝛeparatio in inobediēte ⁊ obediente.

¶ Hic Auicen. pꝛobat illud qd̄ dictũ eſt. Et pꝛimo pꝛobat ꝙ ſanies debet eſſe lenis. ſecũdo ꝙ nõ debet eſſe multuʒ fetida. 3° pꝛobat ꝙ dʒ eſſe alba. 2ª ibi. (Et opʒ vt nõ ſit ei odoꝛ.) 3ª ibi. (Dixerunt ⁊c̃.) Dicit ꝑmo. Et non addiẜ ei lenitas. idẽ ⁊ nõ dʒ eſſe ſanies lenis niſi vt ſciaẜ ꝙ ipſa ſcʒ materia ex qua generaẜ ſanies ⁊c̃. quaſi velit dicē aui/cen. ꝙ ſanies dʒ eſſe lenis hoc eſt equalis: ⁊ intelligo ꝙ ſanies dʒ eſſe laudabilis equalis qͣ̃tum ad diſpoſitiões ⁊ quãtũ ad partes quãtũ ad diſpoſitiões: vt qꝛ ſint eiuſdē coloꝛis ⁊ eiuſdē ſubſtãtie quãtũ ad omnes partes: qͣ̃tuʒ ad partes: qꝛ dʒ eſſe equalis i partib⁹ ſuis quantũ ad ſuꝑ ficiē: qꝛ nõ dʒ eſſe ſanies aſpera ⁊ iequalis i ſuperficie: vt qꝛ vna pars ſupereminẽat alteri. Et ratio quare ſanies laudabilis debet eſſe lenis ⁊ equalis qͣ̃tuʒ ad hoc eſt: qꝛ ex hoc ꝙ ſanies ē lenis ⁊ equalis qͣ̃tum ad diſpoſitiões ⁊ qͣ̃tum ad partes ſignificatur ſuꝑ humilitatē materie q̃ equaliter: ⁊ per totũ eſt ꝑparata pati ⁊ cõuerti a digeſtiua virtute. Iteꝝ etiã ex hoc ſignificaẜ ſuꝑ dominiũ ⁊ potētiã nature ⁊ virtutis digeſtiue: qꝛ quãdo nã perfecte domia tur ipſi materiei apoſtematis qͣ̃tum ad cõuerſionem i ſa/niem: ⁊ mã eſt etiã ꝑparata de ſe et obediens digeſtioni: tũc natura debʒ equaliter operari ſm exigentiã materie ⁊ qͣ̃tum ad diſpoſitiões: ⁊ qͣ̃tum etiã ad partes: ⁊ ideo ſa nies bona debet eſſe lenis ⁊ equalis: qꝛ ſi natura non to taliter ⁊ perfecte dominareẜ: nec etiam materia eēt equa liter diſpoſita: tunc alia operatio ipſius eſſet in parte vbi dominareẜ: ⁊ alia eſſet in parte vbi non dominaretur rõ ne inobedientie illius partis materie: ⁊ per conſequens eſſet alia ⁊ alia diſpoſitio in partibus ipſius: ⁊ per conſe quens talis ſanies non eſſet lenis nec equalis: nec etiam talis ſanies eſſet laudabilis: ⁊ ideo dicet auicen. inferius: ꝙ ſanies aliquando egreditur diuerſarum partiũ ⁊ icõ/uenientium coloꝛũ: ⁊ eſt de genere diuerſo a bona: qꝛ ſa/

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

nies laudabilis debet eſſe vniformis quantuꝫ ad partes ⁊ quãtum ad colorē: ⁊ quãtū etiã ad alias diſpoſitiones: qꝛ per hoc ſignificatur ꝙ virtus eſt potens ⁊ ꝙ materia quãtū ad oēs partes eſt obediēs: ⁊ hoc ē quod dicit Aui. cum dicit. Et nō diuerſificatur eiꝰ operatio .i. virtutis digeſtiue inobediente ⁊ nō obediēte: ideſt in parte materiei ex qua generat᷑ ſanies obediente: ⁊ in parte nō obediente: imo ſupple tota materia eſt obediens: ita ꝙ nō habet partes diuerſas: qꝛ vna ſit obediēs virtuti digeſtiue alia non ſit obediens. Unde ſanies laudabilis debet eē lenis: quia ex hoc ſignificat᷑ ꝙ materia ex qua generat᷑ ē preparata pati equaliter a digeſtiua virtute ⁊ non habet partes diuerſas: quarum vna ſit obediens ⁊ alia inobediens: ita ꝙ diuerſificetur operatio virtutis in parte obediente ⁊ in parte inobediente: imo hꝫ oēs partes obedientes: ⁊ hoc intēdit dicere Aui. in hoc loco.

¶ Et oportet ne ſit ei odor vehementis horribilitatis vt ſit longinquior a putrefactione.

¶ Hic oſtendit Aui. quare ſanies non debet habere odorem horribilem. ideſt vehementem fetorem: quia vehemens fetor ſignificat putrefactionē in qua operatur plus calor extraneus: nihilominus tamen in ſanie debet eſſe aliquis fetor cum non ſit in ea excuſatio a cōmunitate caliditatis extranee: vt dictum eſt ſupra.

¶ Dixerunt: ⁊ requiritur ex ea alba: quoniam color membrorum radicalium eſt albus ⁊ non aſſimilat eam niſi natura potens ſuper eam.

¶ In parte illa Aui. oſtēdit quare ſanies debet eē alba: et vult dicere Aui. ꝙ quando natura ideſt virtus digeſtiua eſt potens ⁊ habens perfectum dominiū ſuper materiã ex qua debet ſanies generari: tunc aſſimilat eã membris radicalibus: quia natura qcqd agit in corpore agit vt aſſimilet membris radicalibus, cum ſit facta ex duobꝰ ſpermatibus que ſunt principia generatiōis ⁊ conſeruatiōis vite: membra autem radicalia ſūt alba: ⁊ ideo ſanies laudabilis debet eſſe alba: ⁊ hec verba que hic dicuntur de ſanie declarantur ⁊ longius a Gal. in cōmento ꝑmi ꝓnoſtico ꝛ circa finem. Tunc ſeqtur illa pars:

¶ Et ſanies mala eſt fetida ſignificãs putrefactionē q̄ eſt ꝯtraria maturationi ⁊ ſignificat dominiū caliditatis extranee.

¶ In qua parte Auic. ponit iudicia ſaniei illaudabilis: ⁊ habet ille .§. duo dicta. In primo dicto ponit iudicia ſaniei que eſt peſſima ⁊ ſimpliciter mala ⁊ totaliter cōtraria bone. In ſecūdo dicto ponit iudicia ſaniei que nō ē ſimpliciter bona ⁊ laudabilis: nec ē totaliter mala ⁊ illaudabilis. ſecūda ibi. (Et quoniã egredit᷑ ſanies.) Dicit ergo primo. Et ſanies mala eſt ⁊c̄. Et planū eſt qd̄ dicit Auic. Et cauſa etiam eius qd̄ dicit Auicen. plana eſt: quia contrariorum contrarie ſunt cauſe.

¶ Et quãdo egreditur ſanies diuerſarū partiū cōuenientiū colorꝫ ⁊ ſubſtãtiaruꝫ eſt etiã de genere diuerſo a bona.

¶ Hic Aui. ponit quoddã iudicium ſaniei que non ē ſimpliciter mala nec ſimpliciter bona: ⁊ dicit. Et quandoqꝫ egreditur .ſ. de apoſtemate ſanies diuerſarum partium: quia vna pars ſit groſſa: ⁊ altera ſubtilis cōuenientiū colorum ⁊ ſubſtantiarum ſupple diuerſarū: ⁊ eſt etiã de genere diuerſo a bona ſupple ſimpliciter: qꝛ quãq̄ꝫ ſanies talis ſit conuenientis coloris: tamen quia non habꝫ partes vniformes: ⁊ per cōſequens talis ſanies nō eſt lenis nec equalis: ideo non ē ſimpliciter bona nec ſimpliciter mala cum non ſit omnino cōtraria bone: cum ſit coloris conuenientis: eſt ergo mediocris in malitia ⁊ bonitate. Tunc ſequitur illa pars:

¶ Et neceſſe ē omni ſaniei vt faciat euenire ī corpe putrefactōeꝫ aut maturitatē aut diminutionē aut alterat᷑ cū mō alio.

¶ In qua parte: vt dictum fuit ſupra: qꝛ ſaniatio ⁊ maturatio eſt quedã terminatio materiei apoſtematis: ⁊ terminationes materiei apoſtematis ſunt multe: qꝛ apoſtema aliquando terminat᷑ ad reſolutionē: aliquando ad ſaniem: aliquãdo ad duriciē ⁊c̄. ideo hic Aui. cōnumerat modos illos termiationū materiei apoſtematis. Dicit ergo Aui. Et neceſſe eſt omni ſaniei: expone: ⁊ neceſſe eſt omni ſaniei: ideſt omni materiei apoſtematis q̄ eſt in potentia ad hoc vt fiat ſanies ſiue bona ſiue mala: ſiue ſit ꝓpinqua ſiue remota vt faciat euenire in corpore putrefactionem: ideſt aut vt terminet᷑ ad putrefactionē: ⁊ hoc eſt qñ natura totaliter vincit᷑ a materia ⁊ materia ē totaliter inobediens. Unde conuertit᷑ in putrefactionē membri ꝓpt̄ cauſas que dicte fuerunt ꝑus. Aut ſupple vt faciat euenire maturitatē: ideſt aut terminet᷑ ad maturationeꝫ: ⁊ hoc quando natura nō poteſt totaliter vincere: ita ꝙ eam totaliter reſoluat: ſed vincit eam conuertendo ipſaꝫ ad maturationē: aut diminutionem: ideſt aut cōuertatur ad reſolutionē: ⁊ hoc eſt quãdo natura totaliter reſoluit materiam apoſtematis: aut alteretur modo alio: ideſt terminetur modo alio: vt .ſ. ad duriciem vt quãdo reſoluitur ſubtile remaneat groſſum induratum. Sic ergo omnis materia apoſtematis aut putrefit aut maturatur aut reſoluitur aut induratur. Quatuor ergo ſunt terminatiōes apoſtematis: due que intendunt᷑ a natura vt terminari p reſolutioneꝫ: ⁊ etiã maturationē: ⁊ magis intenditur a natura terminari per reſolutionem q̄ꝫ per maturationem. Et alie due terminationes apoſtematis ſunt preter intētionem nature vt quãdo apoſtema conuertitur ad putrefactionem vel ad duriciem: ⁊ etiã eſt magis preter naturam conuerti ad putrefactionem q̄ꝫ ad duriciem: ⁊ hoc intendit dicere Auicen. in illa parte: quãq̄ꝫ obſcure loquatur ſm ſuperficiem ſuorum verborum.

¶ Significatio exiture itrinſece. Cap. 24.

Quando accidit apoſtema calidū in viſceribus ⁊ accidūt horripilationes ⁊ febres ⁊ nō ē ei odor ⁊ ſit dolor vehementior ⁊ eſt horripilatio in primis longioris ſpatij: deinde nō ceſſat abbreuiari ſpacium eius ⁊ additur grauitas apoſtematis: tūc ſcias ꝙ apoſtema ſit exitura ⁊ ꝙ ꝑuenit ad collectionē ſui.

¶ Superius Auicenna poſuit ſigna exiture extrinſece. Hic ponit ſigna exiture intrinſece. ¶ Et circa hoc ponit tria capitula. In primo capitulo ponit ſigna quãdo apoſtema quod eſt in membris interioribus ſit exitura. In ſecundo capitulo ponit ſigna quando exitura eſt matura. In tertio capitulo ponit ſigna eruptionis eius. ſecunda ibi. (Quando accidunt ſignificationes exiture) tertia pars incipit ibi. (Quando redeunt dolores ⁊ ꝑūctiōes) In primo capitulo Auicenna duo facit. In prima parte ponit ſigna quando apoſtema ſit exitura ſumpta a febre ⁊ a quibuſdam accidentibus febrium ⁊ apoſtematis grauitate. In ſecunda parte ponit ſignum ſumptuꝫ a pulſu. ſecunda ibi. (Et ſcias ꝙ duricies pulſus ⁊c̄.) ¶ Prima i

duas.primo facit quod dictum eſt.ſecundo oſtendit cau-
ſam quare illa accidentia fiunt vehemẽtiora ĩ principio
exiture q̃ȝ in ſtatu.ſecunda ibi.(Et non fiunt dolores iſti
⁊c̃.)Dicit ergo primo.Quando accidit apoſtema calidũ
in viſceribus.ideſt in interioribus ⁊ accidit ⁊c̃. planum
eſt quod dicit.¶Deinde cum dicit:

¶Et non fiunt dolores iſti ĩ pricipio ve-
hementiores:⁊ quãto plus approximat
ſtatus minorãtur niſi qñ eruptio fit ĩ pri-
cipio:⁊ ſolutio cõtinuitatis ⁊ dolor ꝓue
nit ex ea:⁊ quando colligitur ⁊ qñ fit ma-
teria ſanies quieſcit etiam calefactio for-
tis ⁊ inflatio:quare quieſcit febris eueni
ens per cõmunitatem cordis.

¶In parte iſta Auicenna oſtendit: quare iſta accidentia
fiunt vehementiora in principio exiture q̃ȝ in ſtatu:⁊ po
nit cauſam:⁊ patet.

Sed aliquis dubitabit ⁊ dicet:quomodo ſunt
dolores in ꝑncipio vehementio
res q̃ȝ in ſtatu:cum Ipoc.dicat in afforiſmo ꝙ circa ſtatũ
fiunt omnia fortiora:circa vero principia ⁊ fines omnia
imbecilliora ſunt.Dicendũ eſt ꝙ ſtatus eſt multiplex: q-
dam eſt ſtatus quo ad accidẽtia:alius eſt ſtat⁹ quo ad di-
geſtionẽ materie:alius eſt ſtatus quo ad vtrũqȝ.Mõ qñ
Aui.dicit hic ꝙ ĩ ꝑncipio fiunt accidẽtia vehemẽtiora q̃ȝ
in ſtatu:intelligo de ſtatu ⁊ ẽt ꝑncipio quo ad digeſtionẽ
materie:q: vehemẽtiora fiũt accidẽtia in principio exitu
re q̃ȝ in ſtatu ipſi⁹ qñ eſt materia p cauſas quas Aui.põit.
Ipo.vero intelligit de ſtatu accidẽtiũ.Unde quantuȝ ad
hoc exitura in ꝑncipio rõne digeſtionis materie ẽ in ſta
tu ratione accidẽtium.¶Deinde cum dicit:

¶Et ſcias ꝙ duricies pulſus eſt teſtimo
nium magnum.

¶In parte illa Auicen.ponit qõdam ſignum exiture itri
ſece ſumptũ a pulſu:⁊ duo facit.Primo facit hoc. Secũ-
do per illud ſignũ magis ſignificat ſup exiturã iteriorẽ.
ſecunda ibi.(Et qñ apparet ⁊c̃.) Dicit ergo ꝑmo. Et ſci-
as ꝙ duricies pulſus ẽſt teſtimoniũ magnũ.ſ. ad ſignifi-
candum ꝙ exitura ſit in membris iterioribus. Intellige
autem hic ſicut ponit Aui.in ꝑmo capitulo de pulſu apo
ſtematum ꝙ omne apoſtema calidũ exiſtens in mẽqris
iterorib⁹ q̃ȝtũ eſt de ſe pulſuȝ mutat in toto corpe ad pul
ſum ſerrinũ q ẽ pulſus durus:vñ pulſus durus non ſolũ
conſequiẽ apoſtema qñ fit exitura:ſed etiaȝ conſequitur
apoſtema in ꝑncipio ſui dato ꝙ nõ ſit adhuc exitura: ſed
quando fit exitura:tunc augmentatur duricies pulſus ſi
cut augmẽtantur alia accidẽtia quando apoſtema fit exi-
tura.¶Et intellige etiam ſicut ibi Aui.ponit ꝙ duricies
pulſus ſequitur exituram in principio ſui ante maturati
onem cõpletã.Sed qñ exitura peruenit ad maturationẽ
completam:tũc diminuitur duricies pulſus ⁊ fit pulſus
mollis vndoſus:⁊ hoc eſt ꝓpter humiditatem ⁊ lenitatẽ
que conſequitur exituram que eſt matura.¶ Et itellige
etiam vt dicit Aui.ꝙ apoſtema calidũ q̃ȝtum eſt de ſe mu
tat pulſum ad pulſum ſerrinum niſi ſit ei contraria cauſa
humectans:q: põt eſſe cõtraria cauſa ei hũiditas ex par-
te membri:vt ſi illud apoſtema vel exitura ſit in membro
molli ſicut in pulmone:tunc fit pulſus vndoſus ratione
membri in quo eſt:⁊ ideo quanq̃ȝ duricies pulſus conſe
quiẽ vtplurimũ apoſtema calidũ vel exituram ĩ mẽbris
interiorib⁹ exiſtentẽ:nihilominus tñ ĩpediri põt a molli
cie mẽbri:⁊ ſicut ipediẽ a mollicie mẽbri:ita etiaȝ põt au
geri a duricie membri:q: ſi ſit ĩ membro neruoſo ⁊ duro
tunc augetur duricies pulſus ſicut ibi ponit Auicenna.

¶Deinde cum dicit:

¶Et qñ apparet ſignũ exiture aldubel-
lati in viſcerib⁹ ⁊ nõ iduratur pulſus nõ
iudices penitus ꝙ ſit exitura iterior. In
huiuſmodi enim fortaſſe non erit in viſce
ribus:immo in ſiphac quod continet vi
ſcera.Et tu quidem iam ſentis latus in
quo eſt exitura per grauitatem que pen-
det ex eo ⁊ per dolorem.

¶Hic Aui.cõfirmat illud qõ dictũ eſt.ſ.ꝙ duricies pulſus
ſit in teſtimoniũ magnuȝ:vult dicere Aui.ꝙ ſi appareat
aliqõ ſpaciũ dubelati vel exiture in viſcerib⁹ ⁊ in mem-
bris iterioribus ⁊ tñ nõ induret pulſus: tunc dato ꝙ ap-
pareat illud ſignũ qõ videaẽ ſignificare exiturã in viſce-
ribus:tñ ſi nõ apparet pulſus durus:tũc non iudices;ꝙ
illa exitura ſit in iterioribus:quia fortaſſe hmõi materiei
exitura nõ erit interior:ſed erit in ſiphac.i.in panniculo
q continet viſcera.i.mẽbra iteriora.Uñ per ſiphac nõ in
telligit hic ſolũ pãniculũ cõtinentẽ inteſtina: ſed intel-
ligit oẽm pãniculũ qui cõtinet mẽbra interiora ſiue cõti-
neat iteſtina ſiue alia.Et p viſcera nõ intelligit hic Auic.
ſolũ inteſtina:ſed itelligit oĩa iteriora.Dixit aũt forte vel
fortaſſe:q: vt dictum ẽ ſupra:aliqñ bene põt eſſe exitura
in mẽbris interiorib⁹:⁊ tñ non erit pulſus durus ſicut ſi
exitura ſit in mẽbro molli:vel ſit alia cã humectans for-
tis rõne cuius ipediẽ duricies pulſus:vt ponit Auicen.ĩ
primo ſed vtplurimũ quando non eſt pulſus durus exi-
tura non eſt interior:ſed forte eſt in panniculo qui conti
net membra interiora:vt ponit Aui.

¶Significatio maturatiõis itrinſece. Cap. 25.

q Uando accidũt ſignificatiões
exiture itriſece: deinde qeſcũt
accidẽtia q ſũt ex febre ⁊ horri
pilatiõe dolor⁊ ſedatiõe cõple-
ta ⁊ remanet grauitas:tunc ſanies iã cõ-
firmata ẽ ⁊ maturatio adeſt.

¶In illo caplo Auicen.ponit ſigna quando exitura itri-
ſeca eſt matura:⁊ patet qõ dicit.

¶Signa ꝓpinquitatis eruptiõis intrinſece. Cap. 26.

q Uando redeũt dolores ⁊ fiũt
pũctiones ⁊ mordicatio ⁊ gra-
uitas ſit vehementior ⁊ ſimilã-
tur feb.tunc eruptio iaȝ appro-
pinquat.Cum ergo accidit rigor ſubito
⁊ ſedantur grauitas ⁊ dolor: tũc iaȝ eru
ptio facta ẽ:⁊ proprie qñ apparet ſanies
eũata mordicãs illud qõ ptranſit:⁊ eſt ne
ceſſarium vt ſit areſactio virtutis ⁊ debi
litas areſaciẽs.Et qñ exiture itrinſece ſit
eruptio ſubita ⁊ egreditur res plurima:
tunc fortaſſe accidũt pulſus cordis ⁊ ſin-
copis mala:⁊ fortaſſe accidit mors ꝓpter
reſolutionẽ virtutis:⁊ fortaſſe accidit vo
mitus ⁊ vẽtris ſolutio:⁊ fortaſſe accidit

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſputum ſaniei plurime ſubito quãdo exitura eſt in pectore: ⁊ fortaſſe accidit prefocatio quando erumpit ad pectus res plurima ſnbito.

¶ In iſto capitulo Auicẽna ponit ſigna eruptionis exiture que eſt in membris interioribꝰ. Et habet illud capitulum tres partes. In prima parte Auicen. ponit ſigna qñ appropinquat eruptio exiture intrinſece. In ſecũda ponit ſigna qñ facta eſt eruptio. In tertia parte ponit quedam accidẽtia que aliqñ conſequũtur ad eruptionẽ ſubitam exiture intriſece. ſcða ibi. (Cũ accidit rigor ſubito.) tertia ibi. (Et qñ exiture intrinſece fit eruptio ſubito ⁊c̃.) Partes ille p ſe patẽt: ⁊ planũ eſt qð in eis dicitur.

Sed circa iſta capitula eſt quoddã dubium: quia diceret aliqs: ad qd Aui. determinat hic de exituris intrinſecis: qꝛ videt̃ ꝙ determinatio ipſarum ſpectet ad tertiũ librum: ſicut enim in tertio libro determinat Auicen. de apoſtematibus cõtingentibus in mẽbris interioribus: ⁊ non ſpectat determinatio ipſorũ ad illum librum: ita etiam videtur ꝙ ad illum librum non ſpectet determinare de exituris intrinſecis ſ3 ſolũ ſpectet ad ipm determiare de exituris intrinſecis. ¶ Tu potes reſpondere ꝙ ad illum librum ſpectat quodãmodo determinare de exituris intrinſecis. Primo. quia cum aliqñ exitura extrinſeca ꝓcedat ⁊ rumpat̃ ad membra interiora ſicut dictum fuit in primo capitulo de exituris. ideo Aui. voluit predicere in illo libro ſigna intrinſece exiture. Item etiam alio modo hic determiat de exituris intrinſecis. Et alio modo in tertio libro: quia in illo libro determinat̃ de ipſis generaliter eo ꝙ ſunt quedam ſigna generalia omni apoſtemati interiori qñ fit exitura: ſed in tertio libro determiatur de exituris ſpecialiter ꝓut fiunt in tali membro ⁊ tali: ⁊ ideo bene ſpectat ad iſtum librũ determinare quodãmodo de exituris intrinſecis. ſ. generaliter ponendo ſigna generalia om̃i apoſtemati qñdo fit exitura: ⁊ ponendo regimen generale ipſarum: vt poſtea ponet Auic. Uerum eſt tamen ꝙ ſine dubio credo ꝙ principalior intentio Auicẽ. fit determinare de exituris extrinſecis. Sed hic tetigit aliqd de intrinſecis ꝓpter cauſas que dicte ſunt.

¶ Curationes exiturarũ apparentiũ. Capl'm .xxvij.

e

Uacuationes qdem ⁊ ea qbus medicãtur apata in principijs ſuis niſi timeatur reditus materiei ad membrũ nobile ſicut declarauimꝰ: ⁊ in hoc errant ſtolidi: ſunt res in qbus cõicant exitura calida ⁊ apoſtemata calida que non ſunt exiture.

¶ Superius Aui. determinauit de exituris mõ theorico tam de exituris extrinſecis q̃3 intrinſecis: hic determiat de eis modo practico. ſ. ponẽdo curam ipſarum. Et diuiditur hec pars in partes duas. ṗmo determiat de cura exiturarũ extrinſecarũ. 2° ponit quoddã regimẽ vl'e de exituris intrinſecis. 2ª ibi. (Ad dubelet quidẽ intrinſece ⁊c̃.) Prima ps iterũ diuidit̃ in duas. in ṗma pte Auicẽ. ponit regimẽ ⁊ curã exiturarũ apparẽtiũ in vl'i. 2° qꝛ vnus modus regiminis ipſarũ eſt p maturationẽ ipſe demõſtrat q ſunt nãe medicinaꝝ q hoc efficiũt ⁊ q ipaꝝ dꝫ eſſe ꝯcluſio: vel alr. 2° ponit regimẽ ipſarũ magis. 2ª ibi. (Medicinaꝝ maturantiũ caliditas ⁊c̃.) In illo ḡ capl'o Aui. ponit curã ⁊ regimẽ exituraꝝ intrinſecarũ in vl'i. Et circa h̃ Auic. duo facit. primo ponit curam ipſarum q̃3tu3 ad ṗncipiu3 q eſt cura cõis exituraꝝ ⁊ alioꝝ apatũ calidoꝝ. 2° ponit curã ipſarũ poſt ṗncipiũ q eſt ꝓpria cura ipſaꝝ exiturarũ inq̃3tum exiture ſunt. 2ª ibi. (Illud vo qð appropriat̃ de regimie ⁊c̃.) Dicit ḡ ṗ°. Euacuatiões qdẽ ⁊ ea qbus curant̃ apata in ṗncipijs ſuis. ſ. cũ purgatiõe ⁊ repercuſſione niſi timeat̃ reditus mãei ad mẽbrũ nobile ſicut eſt in locis emũctorijs vbi nõ ponimus repcuſſiua ꝓpter illã cãm ſicut declaraui. ſ. in li° ṗ° fen 4ª ca° de cura apoſtematũ in generali. Et ſicut errãt i hoc ſtolidi: qꝛ ſtolidi medici nõ excipiũt illa loca a repcuſſione ſunt res in qbꝰ cõicant exitura cal'a ⁊ apata calida q nõ ſunt exitura: hoc eſt dicere ꝙ exiture calide cõicant q̃3tum ad curationẽ in ſuis ṗncipijs cũ apatibus calidis q non ſunt exiture: vñ ſicut in illis cõpetunt repcuſſiua in ṗncipio niſi in locis emũctorijs: ita etiã in iſtis cõpetũt repcuſſiua in ṗn° niſi in locis emũctorijs: ⁊ iõ q̃3tũ ad ṗncipiũ curationis ipaꝝ cõicant cũ curatiõibus alioꝝ apatũ calidoꝝ: ⁊ iõ ꝓ cura ipaꝝ q̃3tũ ad ṗncipiũ recurras ad ea q dicta ſunt ṗus. Intellige tñ hic qñ loqtur de cura exiturarum q̃3tum ad ṗncipium vt hic loquitur de exituris q fiunt maxie incipiẽdo ſicut incipiũt apata calida q nõ ſunt exiture: qꝛ de iſtis h3 veritatẽ ꝙ in ṗncipio ipaꝝ dꝫ fieri repcuſſio ſicut in ṗncipijs alioꝝ apatũ calidoꝝ: nõ aũt eſt verũ de exituris q fiunt pmutãdo ex alijs apatibus calidis: qꝛ in talibus nõ cõpetit repcuſſio cũ repcuſſio ſit facta i apate: imo qñ vidimus apa incidere itinere exiture: tunc debemus ſtatim incidere in viã eiꝰ qð maturat ⁊ apit ſic dixit. ſ. Auic. ⁊ ideo illð qð dicit h̃ q̃3tũ ad iſtã partẽ cõuenit exituris q fiunt incipiendo. S3 alia q dicet poſt q appropriant̃ exiture inq̃3tũ exitura eſt ꝯueniũt vtriq3 exiture ſiue fiat incipiẽdo ſiue pmutãdo: qꝛ illud regimen qð dicet̃ ꝯuenit exiture inq̃3tum exitura: ⁊ ideo appropriat̃ vtriq3 exiture: ſed iſtud regimẽ qð hic ponit eſt cõe oĩbus apatibus calidis ⁊ exituris: iõ nõ ꝯuenit niſi exituris q fiunt incipiendo ad modũ alioꝝ apatũ calidoꝝ. Tũc ſeqt̃ illa ps:

¶ Illud vero qð ei appropriat̃ de regimie ẽ reſol'o eiꝰ qð aggregatũ eſt in ea.

¶ In qua pte Aui. ponit regimẽ ⁊ curã exituraꝝ q appropriant̃ exituris inq̃3tũ exiture ſunt: ⁊ in exituris q fiunt incipiẽdo dꝫ fieri illud poſt ṗncipiũ. Sed in exituris q fiunt in pmutãdo dꝫ fieri in ṗncipio ipſaꝝ. ſ. qñ videmus apoſtema incidere itinere exiture: qꝛ tũc ſtatim debemꝰ adminiſtrare curã ⁊ regimen qð hic ponitur. Diuidit̃ autẽ ps illa i ptes duas. qꝛ ṗmo ponit iſtud regimẽ qð cõpetit exituris inq̃3tu3 exiture ſunt in vl'i: in ſcða parte qꝛ illud põt fieri pluribꝰ modis Auicẽ. ponit illos modos. 2ª ibi. (Et illud eſt ſm̃ duos modos.) Dicit ṗmo: illud vero qð appropriat̃ ei. i. exiture de regimine. i. de curatiõe eſt reſolutio. i. extractio eius qð aggregatũ eſt in ea. i. exitura. Uult dicere ergo Aui. ꝙ regimẽ ꝓpriũ exiture inq̃3tum exitura eſt: eſt reſolutio humoris aggregati in exitura. ¶ Intellige aũt qñ dicit Auicen. eſt reſolutio: nõ reſolutionem q fit cũ medicinis per poros: qꝛ illa reſolutio cõpetit etiã apoſtematibus que nõ ſunt exiture qñ apoſtamata ſunt in ſtatu. Sed intelligit hic Aui. p reſolutionẽ extractionẽ mãe ꝯgregate in exitura p rupturã exiture ⁊ nõ p poros ſicut ſtatim poſt videbit̃. ¶ Deinde cũ dicit:

¶ In qua parte Auicē. poſtq̃ꝫ poſuit regimen vniuerſale quantū ad pforationeꝫ ſpecificat hic pdictū regimē particulariter ſm diuerſitatem membroꝝ in quibus pōt fieri exitura que debet incidi. et diuiditur pars illa in partes duas. q2 primo ponit iſtud regimē pforationis diſtinctū ⁊ pticulatū ſm diuerſitatē membroꝝ per verba anthilis. ſecundo epilogat illud regimē in breui ſm verba ſua. 2ª ibi. (Et ſcias q pforatio diuerſificatur ſm loca ⁊c̄.) Dicit ḡ pmo. Inquit anthilus. ſi exitura fuerit in capite ⁊c̄. ſit equalis. i. ſm longitudinē: ⁊ ſit cuꝫ radice natiuitatis piloꝝ. i. fiat talis ſectio ſm q incedunt radices capilloꝝ in longū ne ſit. ſ. ſectio tranſuerſa ī ea. i. in radice capilloꝝ ⁊ nō oſtendat' cum ſanabit'. i. ſi exitura ſanet' et cōſolidet' cooperiant eam capilli ſi fiat ſectio p trāſuerſum. debet ḡ in ea fieri ſectio ſm longū vt pcedunt radices capillorū. Dixit ⁊ quando eſt locus oculus: tūc eius pforatio ſit lata. i. per tranſuerſū rugaꝝ: eo q talis eſt ſitus lacertorū mouentiū oculū. et ītelligit hic per oculū partē ſupioris palpebre oculi. Et ſi accidit in naſo pforabim⁹ eam equalem. i. ſm longum. et ſi fuerit ppe oculū ⁊c̄. intelligit hic Auic. a parte inferioris palpebre oculi. Si auteꝫ accidit in mandibula ſecabimus eam ſectione equali. i. ſectione ſm longum. Qm̄ compoſitio hui⁹ loci eſt equalis. ideſt ſm longitudinē. nam ruge et villi vadunt in ea ſm longum. Et ſcitur illud ex corporibus ſenum. q2 in ſenibus: hoc maxime apparet: eo q ruge diſcernunt' plus in ſenibus q̃ꝫ in alijs. q2 cutis in eis eſt magis criſpa. Poſt aures pforauimus iſtud equaliter. ſed nos intelligam⁹ carnem emūctoriā que eſt in collo poſt aures tunc exponemus pforabimus equaliter ideſt ſm longitudineꝫ. quia ſitus illius loci eſt ſm longū. Si tu aūt ītelligas poſt aures carnē que eſt imediate poſt aures que nō eſt emūctoria: tunc expone pforabimus equaliter ideſt ſm longitudineꝫ auris: modo ſitus auris nō eſt oīno ſm longū: ſed eſt ſm longitudinē aliquid accipiēs de latitudine. et ſilr ſectio tunc fiet eodē modo. brachia aūt ⁊ cubitos et digitos ⁊ manus ⁊ inguina ⁊ omnia pforabimus in longitudine. ¶ Sed intellige q in brachijs ⁊ cubitis ⁊ manib⁹ ⁊ digitis bene debet fieri ſectio oīno ſm longuꝫ. ſed in inguinib⁹ nō dꝫ fieri ſectio ſm longitudinē omnio. imo dꝫ fieri ſm longitudinem accipientē de latitudine: ſicut dictum fuit ſupra. Et ideo Auic. q2 illud dictum erat aliter intelligendū de inguine et aliter in brachijs ⁊c̄. eo q in inguine nō debet fieri ſectio oīno ſm longū. ſed in illis alijs ſic. Ideo Auicē. ſubdit. Inquit ⁊ ſi fuerit ppe coxas pforabimus eam pforatione rotunda. Et in latere et coſtis perforatur aperiendo. ſupple ſicut tendunt coſte per tranſuerſuꝫ. Ideo ſectio debet ibi accipere de latitudīe. vt etiam ſit tranſuerſa. In teſticulis vero ⁊ in virga equaliter. i. ſm longū. Et ſimus pmpti ſemp vt cōſectio ideſt pforatio ſit ſequēs figuram loci: ideſt ſitum loci. ⁊ in hoc vniuerſalizat de oībus alijs locis appropriatis. de qbus nō fecit mentionem qualiter in eis pforatio fiat quanto poterimus ipſum plus. dicit autē quanto poterim⁹ plus: quia nō poſſumus imitari figuram loci: eo q aliquādo ſitus ⁊ figura loci eſt ſm tranſuerſum ⁊ nerui pcedūt ſm longum ſicut eſt in fronte: ⁊ ideo in talibus non ſeqmur figurā loci ⁊ ſitum: ſed ſequimur villos ⁊ muſculos. ⁊ iō dicit quāto plus poterimus.

¶ Tunc ſequitur illa pars.

¶ Et ſcias q perforatio diuerſificatur ſm loca quoniam quando eſt apud oculum: tunc perforatio eius eſt lata ſimilis ſitui oculi et in naſo eſt cum longitudine naſi: et in mandibula eſt cum longitudine mandibule: ⁊ prope aurem ſecantur equaliter: quoniam compoſitio hui⁹ loci eſt equalis: et cognoſcitur illud ex corporibus ſenum. Poſt aures vero pforatur equaliter: et in brachijs et cruribus et coxa et virga totum equaliter fit in longitudine. Et ſimiliter in lacertis ventris et in dorſo et inguinibus et ſub aſcellis pones eam perforatiōem accipienteꝫ ex latitudine etiam ne fiat in ea ſinus qui fiat fiſtula: et ſimiliter in ea que eſt prope anum: accipe de latitudine etiam ne pueniat ſinus et fiat fiſtula. Et teſticuli et virga equaliter in longitudine. Et in latere et coſtis accipe in latitudine etiam vt ſit tranſuerſa: quoniam ſitus coſtarum eſt ſimiliter et caro que eſt ſuper eas.

¶ In qua parte reepilogat predictum regimē pticulare de perforatione ſm verba propria. et exponit cum hoc

magis ea que dictã ſunt. ⁊ patet: quod dicit per ea que di cta ſunt. ¶ Tunc ſequitur illa pars.

¶ Inquit. Cõſidera ſemp ſitum carnis ⁊ villos lacertorum: quoniã non ſumus prompti: niſi ad hoc vt pforemus. cũ imi tatidoe loci: vt non proueniat inciſio: et ſit locus icarnationis bonus nõ groſſus.

¶ In qua parte Auicẽna poſito regimie pforationis tam vniuerſali q̃ʒ particulari: ponit quoſdaʒ canones qui ob ſeruandi ſunt in perforatiõe. ⁊ inter iſtos canones repe- tit quoſdaʒ ꝑus poſitos. Et diuidit̃ pars illa in partes q̃ tuor ſm ꝙ ponit quattuor canones qui obſeruandi ſunt in pforatiõe. ſecũda ibi. (Et ſit in omni diſpoſitiõe ſtudiũ tuum). tertia ibi. (Et perforatio ſit ſm magnitudineʒ exi ture ⁊c̃). quarta ibi. (Et vbi ſit exitura cõiuncta talis ⁊c̃). Dicit ꝑmo. Inquit anthilus cõſidera ſitum carnis ⁊ vil- lorum ⁊c̃. cum imitatione loci vt nõ ꝓueniat iciſio. ſ. ner uorum ⁊ lacertoruʒ ⁊c̃. ⁊ ſit locus incarnationis bonꝰ nõ groſſus. hoc eſt talis fiat iciſio ꝙ locus qui remanet poſt incarnationeʒ. ſ. cicatricis ſit bonus ⁊ non groſſus id eſt durꝰ. ⁊ hoc ẽ vt nõ ſit fedus ⁊ turpis. quia nõ debet eſſe locus cicatricis quãdo incarnatur aſper ⁊ durus: immo equalis ⁊ lenis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ſit in oĩ diſpoſitione ſtudiũ tuũ ne- incidas arteriam neq; venã magnã: aut neruũ: aut villos lacerti: ⁊ pforatio ſit ſm magnitudinẽ exiture: ſed ſi fuerit parua ⁊ currit qđ eſt in ea ex loco vno: tũc ſeda eam in loco vno: et ſi fuerit magna: tunc pfora eam ex ꝑncipio: deinde ĩtromitte digitum tuũ indicẽ ſiniſtrũ in eo ⁊ pfora eaʒ vbi ꝓuenerit caput eius: deinde ĩtro mitte etiã in foramine ſecũdo: et ſm hoc donec venias ſup eam: ⁊ ſi exiture fuerit locus ſufficiẽs ex quo ſit poſſibile exire quod eſt ĩ ea: pforabimꝰ ipaʒ in illo loco ⁊ ſi fuerit rotunda: aut fuerit ei figura ne egrediat̃ quod eſt in ea ex pforatiõe vna perforabimus eam in interiore parte ſui in duobꝰ locis: aut tribus ſm quãtitateʒ quã ſcis ꝙ omne quod aggregatur in ea currit in hora. Inquit: niſi ſit exitura cõ iũcturalis aut mẽbrũ nobile: aut mẽbrũ ꝓpinquũ oſſi: aut pãniculo: feſtinabimꝰ in pforatõe eiꝰ anq̃ʒ ꝯfirmet̃ eiꝰ matura tiõe pus ⁊ corrũpat aliq̃d de his mẽbris:

¶ Ponit aliũ canonẽ qui debet obſeruari in pforatione. Et patet etiã totum quod dicit vſq; ad illam partẽ. Dico ergo iſtud eſt regimen ⁊c̃. Tunc ſequitur illa pars.

¶ Dico ergo iſtud eſt regimẽ: quando nõ inuenimꝰ excuſationẽ de pforatione. Si aũt ſperamus ꝙ rũpatur p ſe: nõ pfo rabimus: ⁊ ſimiliter ſi ſperamus ꝙ ipſa erumpatur per medicinas faciẽtes eru- ptionẽ. Fortaſſe enim inuenimus in me- dicinis facientes eruptionẽ quod ſtat lo co perforationis. ⁊ multotiens perforat̃ cutis perforatione aliqua: aut accipiatur de ea aliquid. Poſtea ponitur ſup eam eruptionẽ faciens vt ſit ei profundatio.

¶ In qua parte Auicen. poſito regimine perforatõis exi turarum cum ferro: oſtendit vbi maxime competit illud regimen. Dico ergo. iſtud eſt regimẽ ſcilicet perforatio- nis cum ferro quando non inuenimus excuſationẽ per forandi. ſupple cum ferro. Si autem ſperatur ꝙ rumpa tur ſcilicet exitura per ſe: non perforabimꝰ ſupple cũ fer ro. Et ſimiliter ſi ſperamꝰ ꝙ ipſa rumpatur per medici- nas facientes eruptionem: ſupple non perforabimꝰ cum ferro. quia medicine inducunt minorem dolorem q̃ʒ fer rum. quia fortaſſe inuenimus in medicinis faciẽtibꝰ eru ptionem ſcilicet que dicentur in ſequẽti capitulo ꝙ ſtat loco perforationis. Dicit autem fortaſſe: quia aliquando perforant ille medicine exituras: aliquãdo autem non: ⁊ vbi nõ perforãt oportet perforare cum ferro. Et addit Auicẽ. vltra ea que dicta ſunt quiddaʒ dicens. Et multo- tiẽs perforatur cutis perforatiõe aliqua: id eſt pauca: aut accipitur aliquid đ ea. poſtea ponit̃ ſuper ea: ſupple me- dicina eruptionem faciens vt ſit eiʒ ꝓfundatio id eſt vt magis profundetur virtus illiꝰ: et magis poſſit erũpere quia magis poteſt medicina imprimere in carnem quã- do cutis eſt perforata q̃ʒ quando non eſt perforata: ſicut appꝫ manifeſte ad ſenſum cuʒ cutis ſit dura ⁊ ſpiſſa. Et addit hoc Auicenna: vt oſtendat ꝙ debemus vitare per forationem cum ferro quantum poſſumus. ita ꝙ ſi cutis ſit groſſa quam nõ poſſit erumpere per ſe medicina. tũc debemus aliquid erumpere de ipa: ⁊ poſtea ponere me dicinam vt melius poſſit operari. ⁊ ſi ita rumpitur exitu ra perfecte. tunc ſufficit Si autem cuʒ hoc toto non erũ perer̃ pfecte: tũc nõ poſſumꝰ vitare perforationẽ cũ ferro

Sed hic eſt dubiũ đ dicto Auic. dicit eñi Aui. ꝙ ſi ſperamus ꝙ exitura rumpat̃ cum medicinis faciẽtibꝰ eruptionem ꝙ non debemus perforare ipſam cum ferro. ¶ Sed ꝑ hoc dictum videt̃ ꝙ nũq̃ʒ exitura ſit pforanda cum ferro. q: omneʒ exituram poſſumus perforare et erumpere cum medicinis facientibus eruptioneʒ: quia quocũq; modo ſit exitura ſiue groſſe cutis ſiue ſubtilis: erumpet̃ cuʒ me dicina cauſtica que fit ex calce ⁊ ſapõe confectis cum for- ti capitulo. videt̃ ergo per dicum Auicẽne. ꝙ nunq̃ʒ de bemus perforare exituram cum ferro. ¶ Reſpondeo ꝙ medicine facientes eruptionem ſunt duplices. que- dam ſunt leues non cauſticantes nec facientes eſcaram ſicut ignis. ſed ſunt erumpentes propter earũ calidita- tem: et quia corium eſt ſubtile. Sed alie ſunt medicine erumpentes exituram fortes et acute vt ſunt cauterizan tes et facientes eſcaram. ſicut eſt predicta medicina que cauterizat ⁊ erumpit cutem qualitercunq; ſit ſiue groſſã ſiue ſubtilis. z Nõ quando Auicenna dicit ꝙ ſi ſperat̃ ꝙ exitura rumpatur cum medicinis facientibus eruptõeʒ non debet erumpi cum ferro: itelligit de medicinis leui bus facientibus eruptionem. tales autem medicine non ſemper erumpunt exituraʒ ſi exitura ſit groſſe cutis. Et ideo tunc oportet perforare cum ferro. non autem intel ligit de medicinis erũpẽtibus acutis et cauterizantibus.

Sed tunc dubitabit aliquis vlteriꝰ: qđ eſt meliꝰ an pfora re exituram cum ferro an cum talibus medicinis acutis ⁊ cauterizantibus vbi nõ poſſumus erumpere cum me

dicinis erumpentibus leuibus. ¶ Dicendum eſt ad hoc ꝙ ſi apoſtema ſit ex humorib⁹ frigidis ⁊ humidis ⁊ ſit rotunde figure ⁊ magne concauitatis. tunc eſt melior eruptio que fit cum medicina cauſtica: quia medicina cauſtica deſiccat ⁊ erũpit. Unde facit ibi duo bona. Sed ſi apoſtema ſit ex humoribus calidis ⁊ ſit longe figure vbi non oportet niſi perforare in longum. tunc eſt ibi melior pforatio que fit cum ferro ꝙ̃ cum medicina cauſtica ꝓpter eius acuitatem ⁊ caliditatem ipſius induceret ibi nimiã ſupercalefactionem: immo vt dicit Albucaſis. Aliquãdo medicina cauſtica faciat accidere in membro egritudinẽ difficilis ſanationis ⁊ elongatur ipſius actio et nocumẽtum ad membra vicina. vnde non competit niſi in predicto caſu. Iterum ſunt quidam homines valde abhorrẽtes iciſionẽ: ⁊ in talib⁹ etiã plus cõpetit medicĩa cauſtica.

¶ De eruptionibus exituralibus. Capitulum. xxx.

Exituras quidẽ ſaluas in qbus non eſt magna malitia aperit
e aqua calida et rumpit eas. putrefacte autem ledũtur ex hoc vehementer ꝓpter illud qd̃ attrahit̃ eis ex materia. et cũ vides exiturã quã aqua cal'a rectificat. tũc cõfide de bonitate ei⁹.

¶ Superius Auicena poſuit regimen in ſpeciali ipſaruȝ exiturarum quantum ad perforationem cum ferro. In iſta parte Auicen. ponit regimen ſpeciale ipſarum quãtum ad perforationẽ cum medicinis. ⁊ ponit Auicen. in capitulo plures medicias ſpeciales erumpẽtes exituras Dicit ergo Auicen. Exituras quidem ſaluas. Que autẽ ſint exiture ſalue ⁊ que maligne. et etiam putrefacte queras in predicto capitulo exiturarum. putrefacte auteȝ leduntur ex hoc: ideſt ex aqua calida vehementer propter iſtud quod attrahitur ex materia. i. ex humoribus ad exituram: ⁊ etiam quia aqua calida addit in putrefactioneȝ earũ: eo ꝙ aqua eſt calida ⁊ humida. talia autem ſunt putrefactiua exiturarũ in quibus eſt putrefactio. ⁊ ideo in talibus non competit aqua calida.

¶ De cura. Capitulum. xxxi.

Et ſcias ꝙ emplaſtratio cũ radice narciſci rumpit omne prauum
e ⁊ ꝓprie cum aqua et melle bulliat totũ illud cuȝ oleo d̃ lilio aut irino: aut radix canne recens cũ melle. aut pice ſicca cum ſorditie aluealiorum apum aut emplaſtrum arboſilos aut ſumatur cere ⁊ reſine ⁊ butyri omniũ ana. lib. i. ⁊ piſce ſicce ⁊ mellis amborum ana. lib. ſ. ⁊ floris eris. ℥. iij. ⁊ olei quãtũ ſufficit. et medicamen de alleis eſt bonũ valde: aut ſumantur ammoniaci. vi. cere iiij. glutinis albotin. iij. ſulfuris citrini. iij. nitri. iij. ⁊ fiat ex eis emplaſtrum. ⁊ de illis que nos experti ſum⁹ eſt vt ſumant̃ medulla granorum cotti et nux rancida ⁊ fermentum ⁊ caules decocti et cepe decocte ⁊ ſinapis ⁊ fimus columbin⁹ et fiet ex eis emplaſtrũ. rumpit enim velociter. et iterum diaquilon ſolutum in mucilagine ſinapis ⁊ ſapone aſſociatum cum ficubus. ⁊ de medicinis erumpẽtibus flegmatib⁹ loco pforationis eſt vt adminiſtret̃ emplaſtrum factũ ex melle anacardos ⁊ pice humida q̃ duo aggregent̃ cũ igne equaliter. deinde ponant̃ ſup exituraȝ p diẽ mediũ: quoniã rumpet eã. ⁊ de eis iterũ que ſunt fortia eſt vt ſumant̃ alkali et calx non extincta et ponantur in ſubmerſione ſui et media aque: deinde coletur poſtꝙ̃ bulierũt ⁊ ſint in illa aqua alkali ⁊ calx deinde ſumant̃ ⁊ ponantur in caldariã de ere et ponant̃ ſup prunas ⁊ cõgelentur in ſalem. et ſumatur de hoc ſale aliquid et quantũ eſt quarta eius de ſale ammoniaco et ponatur in mucilagine naſturcij in qua ſit aliqd de melle anacardi ⁊ adminiſtretur. Aut ſumant̃ cantarides ⁊ terant̃ ⁊ ponantur ſuper oleuȝ vetus ⁊ ponantur ſuper ignem leuem. ſ. ignem prune donec totum coagulet̃: deinde teratur ſicut teritur emplaſtrũ ⁊ ponatur ſuper ipſum mel anachardi ⁊ proprie ſi ponatur in eo ſterc⁹ accipitris: aut ſtercus paſſerum: aut ſtercus anatis. Et quidam iam dixerũt alkebikem. Et de medicinis reſoluẽtibus eſt omne calidũ reſolutiuum iteratũ ſup membrum cum rarificatione membri ⁊ raritate eius cuȝ vaporationib⁹ faciẽtibus illud de illis in qbus eſt humiditas calida: ⁊ quãto plus reſoluit̃ empleſtret̃ multotiẽs loc⁹ ⁊ embrocet̃: ⁊ oportet ne vacuũ ſit regimen a medicinis leniẽtib⁹ donec leniat̃ duritiꝭ ipſi⁹: qꝛ neceſſariũ ẽ vt admĩſtrẽt̃ leniẽtia ſola. Et iſte medicie reſoluẽtes ſaniẽ ſũt de ſũma albaurach ⁊ ſinapis ⁊ ſterc⁹ auium ⁊ arſenicum ⁊ calx ⁊ cordumeni ⁊ miſceant̃ cũ eis que ſunt ſicut thus ⁊ glutinũ albotin ⁊ maſtix ⁊ aldibic ⁊ aggregẽt̃ cũ aceto ⁊ oleo ãtiquo ⁊ medicamẽ factũ cũ alleis aut ex alacoben aut ex piretro ⁊ ſtaphiſagria ⁊ baurach cuȝ melle. Et añ oĩa iſta mũdet̃ loc⁹ cũ aq̃ cal'a ⁊ me

dicamē ō marchaſita:cuiꝰ ōſcriptio. ℞.
lapidis marchaſite.ʒ.xij. ā̄moniaci tan-
tundē.farine fabaꝝ.ʒ.vi.miſceaṫ cū reſi
na humida ⁊ lineaṫ ſup cutē ⁊ ponaṫ ſu-
per ſaniē donec cadat ꝑ ſe.⁊ oꝫ vt admi-
ſtreṫ ſtatiꝫ:qm̄ exiccaṫ velociter. Et me
dicamen factū ex ſalis ā̄moniaci quātita
te ꝑtis vniꝰ ⁊ ex bezahard quātitate q̄rte
ꝑtis vnius:et ex lithargirij q̄ꝫtitate ꝑtis
vniꝰ ⁊ tertie:⁊ ex olei antiqui quantitate
ꝑtis vniꝰ et duaꝝ tertiaꝝ ꝑtis:ſumaṫ ex
eo linimētū. Et qn̄ nō ꝯferūt medicie ſic̄
ꝓdiximꝰ neciū ē pforare:aut cauterizare.

Et ſcias tunc ꝙ emplaſtratio cū radice narciſci.i.cū ra-
dice lilij ⁊c̄.aut pice ſicca.i.pice greca:⁊ pice humida.i.pi
ce nauali. Et de medicinis reſoluētibꝰ eſt omne caſm ⁊c̄.
Hec lr̄a pōt dupliciter exponi. Uno modo ſic. Et de me
dicinis reſoluentibꝰ.i.de medicinis aperiētibꝰ exituram
ꝑ quā aptionem ſanies reſoluiṫ ⁊ extrahiṫ. Eſt omē cali
dum ⁊c̄. Alio modo pōt exponi. Et de medicinis reſol-
uētibꝰ ſaniē.ita ꝙ intelligaṫ ꝙ ſanies reſoluaṫ ſine aper
tione ꝑ poros cū medicinis ſicut reſoluiṫ humor calidꝰ
ꝑ poros in apoſtemate ⁊c̄. H̄ eſt poſſibile aliqn̄ ⁊ ego ipe
aliqn̄ vidi:ſed qꝛ hoc rariſſime contingit.⁊ etiā medicie
q̄s poſtea ponit videṫ adaptari magis ꝑme expoſitiōi
nō credo ꝙ prima expoſitio ſit melioꝛ.⁊ eodē mō expo-
nitur ſequens littera cum dicit.⁊ ille medicine reſoluen
tes ſaniem ⁊c̄.id eſt ex bezahard id eſt ex galbano.

Regimen exituraꝝ intrinſecarum. Capl̄m. xxxij

a Ldubelet q̄dē intrinſece opoꝛ
tet vt regaṅt cū eūone ⁊ ꝑprie
qn̄ colera eſt egrediēs in ege-
ſtione et vrina ſignificat ꝙ ſan-
guis totꝰ eſt malꝰ. Qn̄ vero verificaṫ exi
ſtimatio medici ꝙ ſanguis eſt bonꝰ ꝑter
illum quē expellit ad exiturā.⁊ poſt eua
cuationē.tūc opꝫ vt matureṫ cū medicis
equalibꝰ ſicut eſt vinū tenue ſubtile cum
bibiṫ paulatī. Et illud cui initēdū eſt in
maturatōe exq̄ſitiſſima eoꝝ ſūt medicie
ſubtiliatiue exiccatiue ſicut myrrha et ci
namomū ⁊ reliq̄ ſpēs ⁊ cōſequanṫ cū
potu vini ſubtilis qō eſt ad albedinē de
cliue.et de compoſitis ſunt tyriaca et mi
tridatum et homoꝛuſia.

Supius Auicēna poſuit diffuſe regimē exituraꝝ ītrin-
ſecaꝝ.in illo caplo Auic.ponit quoddā regimē vniuer-
ſale exituraꝝ intrinſecaꝝ inquātū ſpectat ad hūc libꝛuꝫ.
Ponit aūt Auic.illud regimen valde in breui et in vni-
uerſali:eo ꝙ ad iſtū libꝛū nō ſpectat de hoc determinare
diffuſe:ſed de cura exituraꝝ ītrinſecaꝝ in ſpāli ⁊ diffuſe
determinauit in.3° libꝛo.⁊ ideo ꝓ cura ipoꝝ ſufficiētī ad
illū libꝛo recurras.⁊ pꝫ qō h̄ dicit Auicē.niſi qō dicit. Et
illud cui innitendū eſt in maturatiōe exq̄ſitiſſima expo

uas.i.in apoſtematibꝫ vel exituris in q̄bus indigemus
exq̄ſitis ſicut maturare ꝓpterea.ſ.qꝛ fuerit de materia q̄
difficilis curatiōis exiſtit q̄lis ē materia viſcoſa ⁊ groſſa
ſunt medicie ſubtiliatiue ⁊c̄.in iſtis.n.ꝓpter difficultatē
maturationis eoꝝ nō ſufficit vini adminiſtratio.

De aldemenul. Capitulum. xxxiij.

a Ldemenul iteꝝ ſunt ō genere
exituraꝝ. Et pl̄m eoꝛum ſit ex
malitia digōnis ⁊ ex motibus
ſup repletionē et q̄ currūt cur-
ſu illoꝛum: Et deterioꝛes aldemenul ſūt
qui ſunt pꝛofundioꝛes.

In iſto caplo Auicē.determiat de quodā a̅pate qō diciṫ
ademenul vel ademul qō exponitur eſſe furunculꝰ. De
terminat ḡ hic de furunculis inter exituras:qꝛ furuncu-
li vtpl̄m vel fiunt incipiendo exiture vel conuertuntur
ad exiturā vel raro cōuertunṫ ad reſolōnē vt ipemet di-
cit Auicen. Diuidiṫ aūt hec pars in ꝑtes duas. Determi-
nat ꝑmo de ipo theoꝛice.i.quantū ad cauſas ⁊ oſtēdēdo
quid eſt.2° determinat de ipo pꝛactice.2ª ibi(Et qn̄ appa
ret ademenul tūc eoꝝ ⁊c̄.) Dicit ꝑmo ademenul iterum
ſunt de genere exituraꝝ:qꝛ vel fiūt incipiēdo exiture vł
cōuertiṫ eſſe eoꝝ ad exiturā ſm pl̄m.⁊ ꝓpter hoc ſupꝛa
determinat de ipis in caplo exiturarum.⁊ ſunt ſigna eiꝰ
ꝙ hꝫ eminentiā pinealē:⁊ facit plura oꝛificia ex quibus
egrediṫ quoddā trumbū ſaniei groſſū.⁊ qn̄q; eſt rubeū.
⁊ tūc eſt magis ſaluū.⁊ qn̄q; eſt liuidū.et tūc eſt malū:qꝛ
quaſi attinet nature antracis. Et plurimū eoꝛum ⁊c̄.

De cura aldemenul. Capitulum. xxxiiij.

q Uando appēt aldemenul.tūc
coꝛū cura circiter tres dies: eſt
cura a̅patū calidoꝝ.deinde pꝰ
illō oꝫ vt ſit occupatio in reſol
uendo ⁊ maturādo.foꝛtaſſe.n.reſolueṅt
⁊ illō ē ſecūdū minꝰ. et foꝛtaſſe maturāṫ
⁊ nō oꝫ vt negligētia in curatiōe aldeme
nul:multotiēs.n.ꝯuertiṫ ad exiturā ma-
gnā:⁊ cura eiꝰ eſt eūo ſm quātitatē neceſ
ſitatis flebotomie et ſolutionis ventris.

In illo caplo Aui.determinat de cura furūculoꝝ. Et di
uidiṫ ps iſta in ꝑtes duas.ꝑmo ponit curā eiꝰ in generali
quātū ad localia ⁊ quātū ad ꝑncipia ipiꝰ ⁊ quātū ad alia
tpa.2° ponit curā eiꝰ i ſpāli quātū ad maturatiōeꝫ ponē
do ſpāles medicias maturatiuas.2ª ibi(Et cuꝫ fuerit in
ademenul pulſatio ⁊ baſis radicis) Dicit ḡ ꝑmo qn̄ appa
ret ademenul:tūc coꝛū cura eſt circiter tres dies.hoc eſt
quātū ad ꝑncipiū eſt cura a̅patū calidoꝝ.ſ.repcutiēdo et
euacuādo coꝛpus. Intellige tamē ꝙ in malis furūculis
quoꝝ coloꝛ eſt niger ⁊ liuidus nō eſt tutū repcutere pꝛo
pter peſſimitatē materie:ſicut etiaꝫ dcm̄ fuit de pꝛuna in
caplo de pꝛūa ⁊ de igne pſico. Deinde poſt illō.i.poſt ꝑn
cipiū ⁊c̄. Et cura eiꝰ eſt euacuatio.ſ.ſanguis aduſti.⁊ hoc
ꝑ flōmiā:⁊ colere:⁊ hoc fit ꝑ ſolōnē vētris. Et ītellige ꝙ
illa cura debet premitti ante omnē curam q̄ꝫq̄ꝫ Auic.po-
nat eam poſt curam localem. Deinde cum dicit.

Et cū fuerit i aldemenul pulſatio ⁊ ba
ſis radicis:tūc eſt neceſſaria maturatio.
ergo adiuueṫ ad illam.et illū q̄dem qui
paſſuſē m̄ltitudinē aggreſſiōis aldeme

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**nul liberat ſolutio vētris ⁊ rarificatio cu
tis cū balneis admiſtratis ſp ⁊ exercitio.**

In parte iſta Auic. ponit curā carbunculi magis ſpālr
quātu ad maturatōez. et pmo oſtēdit qñ eſt neceſſaria in
carbūculo maturatio adiungēdo cum hoc quando curā
quātū ad vlia que debēt fieri pmo. 2° ponit medicias ma
turatiuas ſpāles. 2ª ibi. (Et de maturatiuis qdem ⁊c̄.) Di
cit pmo. ⁊ cū fuerit cuȝ aldemenul pulſatio baſis radicis
tūc neceſſaria eſt maturatio: qꝛ qñ creſcit pulſatio tūc eſt
ſignū generatiōis ſaniei: eo ꝙ in generatiōe ſaniei fiunt
dolores ⁊ febres ſic dicit Jpo. Jteꝝ etiā qñ fuerit cum eo
baſis radicis. tūc eſt ſignū ꝙ materia nō reſoluit nec eua
porat: ſed vult ſanies fieri. ergo tunc qñ ſic eſt neceſſaria
eſt maturatio. adiuuet ergo ad id. ſ. cū medicis maturati
uis que dicent: Et illū qdē q paſſus eſt ⁊c̄. liberat ſolutio
ventris ſupple ⁊ flōmia etiā ⁊ rarificatio cutis cū balneo
admiſtrato ſu. ⁊ exercitatio ſu. poſt pfectam euōnem cor
poris. ⁊ etiā debēt tūc admiſtrari nō ſup repletōez: qꝛ tūc
nō liberaret: imo eſſet cauſa ipſoꝝ: ſed debent admiſtra
ri poſt mundificationem ⁊ ante cibum ⁊ potum.

**Et de maturatiuis qdē eſt ſemē alma
rū tritū cū lacte aut ficub⁹: aut cū ficubus
⁊ melle: ⁊ ficus cū melle ꝑ ipo. ⁊ triticū ma
ſticatū eſt bonū ad maturatiōem eoꝝ. et
ſilr paſſe cōfecte cū baurach. Aut fic⁹ cuȝ
ſinapi pmixte cū oleo de lilio et medica
men aldemenul cognitū: et medicamen
de fermento notū: et medicamē cui ineſt
iſte mod⁹ maturat. Re. butyri. ℥. j. et me
diā fermenti acetoſi. ℥. i. et ſemis almaru
triti. et pſilij oīm añ. ℥. i. ſ. lactis fici. ℥. ij.
fenugreci ⁊ ſeminis lini oīm añ. ℥. v. bul
liat in lacte ⁊ adminiſtret: ipm eni eſt iu
natiuū tēperatū. Et cū aldemenul diffi
culter venit ad pus ⁊ cum qete caliditas
grauis. tūc flebotoma venā que imbibit
ipm: deinde ventoſa locum ⁊ non facias
iſtud in pncipio: qm̄ egreditur ſanguis
virulentis ⁊ retinebit groſſus ⁊ fiet illic
vlcus duꝝ. Et qñ maturat ⁊ non aperit
pfora ipm aut cum medicinis aut cū fer
ro: aut ſm ꝙ dictum eſt in exituris. et de
bonis erumpentibus eſt iſtud: ſemen li
ni fumus columbinus. ⁊ fermentum.**

Hic Auicēna ponit ſpāles medicinas maturationis ſe
men almarum. i. ligue bouis ſcilicet eius ſpecies que ha
bet radices rubeas.

De Moro. Cap. xxxv.

**Hoc eſt apā molle ex carne addita
qd accidit in carne rara. Et plm
eius fit in ano et vulua. et qñqꝫ
eſt ſaluū: et qñqꝫ eſt malignū doloroſuȝ.**

In illo caplo Auicēna determinat de quodā apate ſan
guineo qd dr moꝝ. Dicit ergo Auic. hoc. ſ. moꝝ eſt apa
molle nō intelligas molle: qꝛ fit apoſtema flegmaticū: qꝛ
ſi ſic eſſet: tūc nō determinaret de ipo inter apata calida:
ſed dicit eſſe molle: qꝛ fit ex carne addita molli ſanguinea
qd accidit in carne rara. i. molli ſupple vt in pluribus: qꝛ
in tali loco maxime. ⁊ plurimū generatur illa caro mol
lis. Et qñqꝫ eſt ſaluū vt quādo illa caro mollis ſanguinea
eſt nō hñs malū colorē. Et qñqꝫ eſt malignū ⁊ doloroſū
vt qñ illa caro eſt dura ⁊ fuſci coloris quia attinet nature
cancri. ⁊ Aui. nō ponit curā eius: qꝛ cura eius eſt ſolum
opatio manualis. ſ. inciſio illi⁹ carnis ex toto. Jntellige
tamen ꝙ ſi tale moꝝ ſit malignū doloroſum. tunc nō tan
gatur cū ferro cū attineat nature cancri: ſed regat ſolum
blādiēdo cū medicinis ſicut regit cancer. vnde cura eius
ſpectat ad capitulum cure cancri.

Tractatus ſcōs de apatibus frigidis et que currunt curſu eorum. Capitulum. i.

**Humores frigidi et q currūt
curſu eorū in corpe ſunt fle
gma ⁊ melācolia ⁊ vētoſitas
⁊ compoſitū ex eis. ⁊ tu iam
ſciuiſti ſpecies eorum.**

In precedenti tractatu determinat Auicēna de apoſte
matibus calidis ⁊ curis ipoꝝ. In illo ſecūdo tractatu de
terminat Auicenna de apoſtematibus frigidis ⁊ curis
ipſorum. Et diuiditur pars illa in partes duas. primo de
terminat de apatibus frigidis in vniuerſali. 2° determi
nat de ipſis in ſpeciali. 2ª ibi in ſequēti capitulo. (Et apo
ſtema albū molle ⁊c̄.) Jn pmo aūt caplo Auicenna duo
facit. Primo ponit diuiſiōez humoꝝ frigidoꝝ in vniuer
ſali. Secūdo penes illā diuiſionē ponit diuiſionē apatū
frigidoꝝ in vniuerſali. 2ª ibi. (Et apoſtemata frigida aut
ſunt flegmatica ⁊c̄.) Dicit primo ꝙ humores frigidi: et
que currunt curſu eorum. hoc qd dicit humores frigidi
refertur ad flegma ⁊ melancolia: hoc aūt qd dicit. et que
currūt curſu eoꝝ: refert ad ventoſitatē ⁊ ad cōpoſituȝ ex
eis. nam ventoſitas non eſt ꝑprie humor frigidus: quia
eſt improprie humor: ſed currit curſu humoꝝ frigidorū:
eo ꝙ ventoſitas ꝑportionat humori. cuȝ vētoſitas nō ſit
aliud qꝫ humor extēuatus ſub forma vaporis. ⁊ cuȝ hoc
etiam proportionat plus humoribus frigidis: qꝛ quāqꝫ
ventoſitas nō ſit a caliditate excluſa: tamē qꝛ eſt in ea cali
ditas diminuta: eo ꝙ ventoſitas generat ex hūorib⁹ ele
uatis a calore nō potēte ipos diſſoluere. iō ventoſitas ꝑ
portionat humoribus frigidis ⁊ currit curſu eoꝝ. Jtem
etiam compoſitū ex eis dicit currere curſu humoꝝ frigi
dorū: qꝛ quāqꝫ in cōpoſito ſint aliqñ hu. calidi admixti:
tamē currūt curſu humoꝝ frigidoꝝ: quia plus dñantur
ibi hu. frigidi. ſicut quando dñant plus humores calidi
dicit currere id totum compoſitū curſu humoꝝ calidorū
vt dictum fuit ſupra in tractatu apatū caloꝝ. ſunt flegma
melācolia ⁊ ventoſitas ⁊ cōpoſitū ex eis. hoc qd dicit cō
poſitum pōt duplr itelligi ⁊ vtroqꝫ modo itelligit ⁊ Aui.
Vno modo compoſituȝ ex eis. i. ex pluribus hu. frigidis
qꝛ ſicut cōponunt humores calidi adinuicem ſicut cole
ra ⁊ ſanguis. ita etiam poſſunt cōponi hūo. frigidi adin
uicē. Alio modo pōt intelligi cōpoſitū ex eis. i. ex humo.
frigidis ⁊ calidis. ita tñ ꝙ dñent ibi hu. frigidi: qꝛ qñ cō
ponunt hu. calidi ⁊ frigidi adinuicē ⁊ dñant ibi hūores
frigidi. tūc totū iſtud cōpoſitū dr currere curſu humorū
frigidoꝝ: qꝛ cōpoſitū noiat a dñantiori. ſed ſi dñarent ibi
hu. calidi. tunc illud cōpoſitū diceret currē curſu humo
rū calidoꝝ ⁊ nō frigidoꝝ ſicut dictuȝ eſt. Et tu iam ſciui
ſti ſpēs eoꝝ. i. apatū frigidorū. ſ. in li. pmo. Fen 2ª cap. de
egritudinibus compoſitis. De inde cum dicit:

**Et apata frida: aut ſūt flegmatica: aut
melancolica: aut vētoſa: aut compoſita.**

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

¶ In parte illa Aui. ſm ꝑdictã diuiſionẽ hũoꝝ frigidorũ accipit diuiſionẽ apatũ fridoꝝ: eo ꝙ apata frigida fiũt ex hũoribꝰ fridis. ⁊ iõ ſm diuiſionẽ hu. fridoꝝ accipiť diuiſio apatũ fridoꝝ. Et diuidiť ps iſta ĩ ptes duas. ꝑmo poſuit iſtã diuiſionẽ. 2° ſubdiuidit ⁊ declarat mẽbra diuiſionis illius. 2° ibi. Et apata flegmatica. Dicit ergo ꝑmo.

Sed hic eſt dubitatio. vř ꝙ Auic. ſit diminutꝰ ⁊ ſit ſupfluꝰ. nã Auic. diċ in ꝑ° Fen 2ª caº de apatibꝰ. ꝙ apata frida aũt ſũt de mã meſica aut ſũt de mã fľatica aut aq̃ſa aut vẽtoſa. ꝑ hoc ğ qḋ ibi diċ Auic. in ꝑmo videreť eſſe hic Aui. diminutꝰ. ꝑmo eo ꝙ Auic. ponit ibi apa frigidũ aq̃ſum: hic aũt nõ. Itẽ etiã videť eẽ ſupfluus: q2 ibi Aui. nõ ponit apa cõpoſitũ. hic aũt ponit ¶ Dõm eſt ad hoc ⁊ ꝑmo ad ꝑmũ cũ ita arguis ipm eẽ diminutũ: q2 nõ ponit h̾ apa aquoſum: ibi aũt ponit. Dõm eſt ꝙ Aui. ſub apate flegmatico cõphẽdit apa aquoſum: eo ꝙ aquoſitas ꝓportionať flegmati. nã ſicut flegma eſt ſanguis diminute coctꝰ: ita aquoſitas eſt flegma diminute coctũ. ¶ Ad 2ᵐ cum ita arguis ipm de ſupfluo: eſt dõm ꝙ ibi Auic. hoc nõ expreſſit de cõpoſitis: dedit tñ ea ſatis intelligi q2 ponẽdo ſimplicia itelliguntť cõpoſita ⁊ maxime nõ curauit ibi ponere Auic. q2 ſuprꝰ poſuerat de apatibꝰ calidis ꝙ q̃dã ſunt ſimplicia et quedã ſunt cõpoſita. ⁊ ideo per iſtud dedit ſiľr itelligere de apatibꝰ frigidis ꝙ quedã ſunt ſimplicia ⁊ quedã ſunt cõpoſita. hic aũt Aui. qḋ ibi dedit intelligere expreſſit. ⁊ ideo nec eſt diminutꝰ nec eſt ſperfluus. ¶ Deinde cum dicit:

¶ Et apata flegmatica aut ſũt ſimplicia ⁊ noiantť apata mollia. Aut aquoſa ſicut accidit mẽbro aliquo vt in eo aggregeť aqua ſicut hydropiſis ꝓpřie. Aut dubelet ĩ quo ſunt ſicut nodi lenes. Aut dure ſicut ſcrophule et nodi duri:

In parte iſta Auicẽ. ſubdiuidit ⁊ declarat mẽbra predicte diuiſionis: ⁊ diuidiť pars iſta in ptes quattuor. ꝑmo ſubdiuidit apata flegmatica. 2° apata melancolica. 3° apata ventoſa. 4° apata compoſita. 2ª ibi Et melãcolica. 3ª ibi Et ventoſa. 4ª ibi: Et q̃ñq3 cõponuntť. Dicit ğ ꝑmo. Et apata flegmatica aut ſunt ſimplicia. nõ intelligas ſimplicia vt q2 alie ſpẽs quas poſtea ponit apatu3 fľaticoꝝ ſint cõpoſite: ſed expone: aut ſunt ſimplicia. i. laxa: q2 fiunt ex flegmate laxo ⁊ molli vt eſt vndimia. ⁊ hoc eſt qḋ ſubdit Aui. Et noiantť apata mollia: aut. ſ. ſunt apata fľatica aut aquoſa ſicut accidit ⁊c̃. aut. ſ. apoſtemata flegmatica ſunt de dubelet in qbus. ſ. dubelet ſunt ſicut nodi lenes. i. molles: q2 iſti nodi fiũt ex flegmate molli. et ideo noiantť nodi lenes. ⁊ ſub iſto gñe cõphenduntť etiã glãdule molles ⁊ differunt iſti nodi lenes ab apate laxa ⁊ molli. l3 vtraq3 fiãt ex flegmate molli: eo ꝙ nodi molles ſunt ſeparati a carne ⁊ iuoluti in coopertorio: ſed apa laxum eſt mixtu3 ſubẽ mẽbri ⁊ non ſeparatũ. vnde flegma in nodis eſt collectũ in vno loco ⁊ ſeparatũ a ſubã membri: ſed in apate laxo eſt ſparſum in membro ⁊ imixtũ ſubſtãtie membri: aut. ſ. ſunt apata fľatica dura ſicut ſũt ſcroffule ⁊ nodi duri. ¶ Sed tu dices h̾ videť ꝙ Auicẽna dicat falſum. nam ipẽ dicit in ꝑmo lib. Fen 2ª caplõ de apatibus. ꝙ apatu3 que fiunt ex materia melancolica ſunt tria genera. ſ. duricies cãcri ⁊ glãdulaꝝ genus ex qbus ſunt ſcroffule ⁊ nodi. hic aũt diċ ꝙ ſcroffule et nodi duri ſunt apata flegmatica. ¶ Reſpõde et põt haberi reſponſio ex quodã dicto qḋ diċ Auicẽna in caplõ ď nodis. nã nodi duri ⁊ ſcroffule ſunt radicaľr ex fľate. ⁊ ideo q2 radicaľr ſunt ex flegmate Auicẽna hic enumerat ea iter apata flegmatica: ſed q2 in illo flegmate reſolniť ſubtile ⁊ remanet groſſu3 induratum. ⁊ oĩs humor iduratus reduciť ⁊ tranſit in naturã hũoris melãcolici. ideo ſcroffule ⁊ nodi quãtũ ad eoꝝ factu3 eſſe dicuntť eſſe apata melãcolica ⁊ fiunt ex humore melancolico: q2 fiunt ex flegmate idurato qḋ cõuerſũ eſt in nãm melãcolie. ⁊ illo mõ Auic. in ꝑmo libro cõnumerauit ea inter apata melãcolica. ſic ğ ad diuerſa reſpexit Auic. h̾ ⁊ in ꝑmo libro. ¶ Ulteriꝰ nota ꝙ differũt ſcroffule ⁊ nodi duri. ſicut ponit Auic. ĩ ꝑmo. nã licet illa vtraq3 differãt a ſcliroſi ⁊ cancro ꝑ hoc ꝙ cancer ⁊ ſcliroſis ſunt infixa ⁊ cõiuncta ſubſtãtie mẽbri: ſcroffule v̇o ⁊ nodi ſũt ſepata: tñ nodi ſunt magis ſepati a carne q̃3 ſcroffule. na3 nodi ſunt oĩno ſeparati ab ea. ſ. carne in q̃ ſtant. Scroffule aũt ſunt aliqualiter retente ſupficiei carnis et ſuſpẽſe ĩ ipſa ſicut poſtea ponet Auicẽ. ¶ Sed tu dices vlteriꝰ ſub qua iſtaꝝ ſpẽꝝ reponuntť glandule: cũ poſtea in ꝓſequẽdo de eis faciat mẽtionẽ ⁊ caplm̃ ſpãle. ⁊ etiã Auicẽna in ꝑmo facit de eis mentiõe3 inter apoſtemata flegmatica ⁊ etiã inter apata melancolica. ¶ Dõm eſt ꝙ glãdula ꝑma ſui diuiſiõe diuidiť in duas ſpẽs. ſ. in glãdulam mollem ⁊ in glandulã durã. Mollis glãdula eſt illa que fit ex flegmate molli ſicut fiũt nodi lenes. ⁊ ideo talis glãdula cõprehendiť ſub hoc qḋ dicit Auicẽna Aut debelet in qbꝰ ſunt ſicut nodi lenes. vñ dubelet lenis eſt ſicut genus ad oĩa illa in qbꝰ eſt flegma molle ⁊ coadunatũ in loco vno Glãdula aũt dura eſt duplex. q̃dã eſt dura in vltimo duriciei q̃ eſt ex melãcolia ⁊ flegmate idurato. ⁊ illa vocať ſcroffula vel nodus durus. vñ talis glãdula idẽ eſt quod ſcroffula vel nodus durꝰ. S3 alia eſt glãdula dura q̃ nõ habet illã duritiẽ vltimã ſicut ſcroffule ⁊ nodi duri: ſ3 h3 duriciẽ aliqualẽ: vñ h3 maiorẽ duriciẽ q̃3 nodi lenes vel glãdule molles ⁊ minorẽ q̃3 ſcroffule ⁊ nodi duri. ⁊ illa vocať abſolute glãdula ſicut apparet ꝑ Auicẽnã in ꝑmo libro. ⁊ talis glãdula reponiť ab Auic in ꝑmo iter apata flegmatica. Nam vt dcm̃ fuit ꝑus alio modo loqtur hic ⁊ alio mõ in ꝑmo. Et cõprehẽdit h̾ Auic. talẽ glãdulã ſub hoc qḋ diċ: Aut dura in qbꝰ ſunt ⁊c̃. q2 ꝑ hoc ꝙ dicit. aut dura: Auic. dat intelligere oĩa apata flegmatica dura in qbus eſt collectũ flegma duꝝ. ⁊ ideo ꝑ hoc qḋ diċ aut dura cõprehendit Auicẽ. glãdulas duras ⁊ ſcroffulas ⁊ nodos duros: ⁊ ſiċ nodi lenes ⁊ glãdule molles dicuntť dubelet lenes. ita ẽt illa oĩa pñt dici dubelet dure: et credo ꝙ Auic. itendat hoc cũ dicit: aut dura ſiċ ſcroffule. Intellige aũt vlteriꝰ ꝙ ex predictis appet ꝙ vľr quattuor ſunt ſpẽs apatũ fľaticoꝝ ſm modũ ſm quẽ hic loqtur Auicẽ. na3 apata fľatica quedã ſunt aquoſa quedã ſunt mollia. ⁊ quedã dubelet lenes ⁊ ſub iſtis cõphẽduntť glãdule et nodi molles. ⁊ quedã ſunt dubelet dure ⁊ ſcroffule ⁊ nodi duri. Intellige vlterius ſm ꝙ ponit Auic. in ꝑmo. ꝙ diuerſitas illoꝝ apatũ flegmaticoꝝ ſm duricie3 et mollitiem nõ eſt niſi ſm groſſiciei flegmatis diuerſitatẽ ⁊ mollitiẽ ipius ⁊ eiꝰ ſubtilitatẽ ⁊ laxitatẽ ipiꝰ duriciei. Et Aui. vltra h̾ addit ita vt q̃ñq3 melancolicis ſint ſimilia. ⁊ q̃ñq3 videntur ventoſa ⁊c̃. ¶ Deinde cum dicit:

¶ Et melancolica aut ſephiros cancer: ⁊ tu ſcies differentiam inter vtroſq3.

¶ In iſta pte Aui. ſubdiuidit. et declarat 2ᵐ mẽbrũ ꝑdicte diuiſiõis. ſ. apata melãcolica. ⁊ diċ. Et melãcolica ſupple ſunt aut ſephiros aut cãcer. ita ꝙ duo ponit gñа vel ſpẽs q̃ fiunt ex mã melãcolica. ſ. ſephyros ⁊ cãcer. S3 Aui. in ꝑmo Fen ſecũda caplõ de apatibꝰ dicit ꝙ illoꝝ qdẽ que fiunt ex materia melancolica tria ſunt genera. ſ. duricies: cancer ⁊ glandularu3 genus: ex quibus ſunt ſcroffule ⁊ nodi ⁊c̃. Et tu reſpondeas ad hoc ſicut dictum fuit. Na3 Auic. hic ſcroffulas ⁊ nodos cõnumerat inter apata flegmatica: q2 radicaliter ſunt apata flegmatica. Sed Aui. in primo cõnumerat ea inter melancolica: eo ꝙ flegma illud eſt conuerſum in materiam melancolie ꝓpter qḋ eſt induratum. nam alio modo loquitur hic et ibi. Et tu ſcias differentiã inter vtrãq3. ſ. inter ſcliroſim ⁊ cancrum in capitulo de cancro. ¶ Deinde cum dicit:

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Et ventoſa aut ſunt eleuatio: aut inflatio. et eleuatio quidē eſt qñ vētoſitas pmiſcet̃ ſube mēbri. ⁊ inflatio eſt qñ eſt vētoſitas aggregata in ſpatio vno fixa in eo.

¶ In parte illa Aui. ſubdiuidit ⁊ declarat tertiū membrū p̄dicte diuiſionis. ſ. apata ventoſa. Et dicit ꝙ apta ventoſa aut ſunt eleuatio aut inflatio. Et videte ħ vt dicit Aui. eleuatio dicit in p̄mo lib. cazeſia. Vñ dicit ipſe in p̄mo ꝙ apata ventoſa ſm̃ duas diuerſificant̃ ſpēs. Una eſt cazeſia. altera eſt inflatio. Vñ Auic. ibi vocat cazeſiam: hic vocat eleuatiōez. Et modo Aui. oñdit qd eſt eleuatio ⁊ inflatio. Et dicit qđ eleuatio eſt qñ ventoſitas expāſa. ſ. in mēbro permiſcet̃ vapori. ſ. flegmatis ⁊ pmiſcet̃ etiam. ſ. ventoſitas ſubſtātie membri. Sed inflatio eſt qñ ventoſitas eſt aggregata in vno ſpacio ⁊ fixa i eo. Et ex hoc qđ ħ dicit Auic. habet̃ etiā dr̃ntia inter eleuatōez ⁊ inflāmatōez. Nā vt dicit Auic. in p̄mo lib. Eleuatio ⁊ inflatio differūt duobus modis. eſſentia ⁊ cōmixtura. hoc eſt differunt p eſſentiā ⁊ cōmixturam. i. ſm̃ ſitum. Differūt ſm̃ eſſentiā: qꝛ eleuatio cauſat̃ ex vētoſitate pmixta vapori flegmatis. Et intelligo vapori flegmatis id ē humiditati ſubtili flegmatice: ſed iflatio fit ex vētoſitate pura. Differūt etiam ſm̃ ſitum: quia ventoſitas in eleuatiōe eſt pmixta ⁊ expāſa in ſuba membri. ⁊ ideo caceza et eleuatio nō reſiſtit tactui: imo inuenit poſt eā tactus mollē: ſed in iflatiōe vētoſitas eſt aggregata ⁊ ſepata a mēbro ⁊ fixa in vno loco. ⁊ ſi tangatur reſiſtit tactui reſiſtentia multa aut pauca: ſicut ſdicit Auicen. in primo libro. Deinde cum dicit.

¶ Et qñq; cōponūtur illa apoſtemā adinuicem ⁊ cum calidis ex eis.

¶ Hic Aui. ſubdiuidit ⁊ declarat quartū membrū p̄dicte diuiſi. ſ. apata compoſita vt dicit. Et qñ componunt iſta apa. ſ. frigida adinuicē ⁊ cū calidis ex eis. i. ⁊ qñq; cōponunt̃ calidis: quaſi vult dicere Auic. ꝙ apata compoſita frigida ſunt duplicia. quedā ſunt cōpoſita ex pluribꝰ humoribus frigidis. vñ tunc cōponunt̃ apata frigida adinuicez. ⁊ quedā ſunt cōpoſita: vt quia frigida ſint cōpoſita cum calidis: ſed tñ predominātur ibi humores frigidi.

¶ De apate molli flatico qđ noiat̃ vndimia. Cap. III.

e

St apoſtema album molle in quo nō eſt caliditas et quanto plus materia eſt ſubtilior ⁊ magis madida ē mollificatio eiꝰ vehemētior ⁊ digitus facilius penetrat in eo quod comprimit cum prohibitione eius quod eſt in eo quod nō eſt in eleuatione: et quanto plus materia eſt groſſior: eſt ad duriciem et frigus decliue.

¶ Supiꝰ Auic. determinauit de apatibꝰ frigidis in vlī. In iſta parte Aui. exequitur đ ipſis in ſpālī. ⁊ diuidit̃ ps iſta in ptes q̃tuor. p̄mo determiat đ apatibꝰ frigidis flegmaticis. 2° determiat de apatibꝰ frigidis melācolicis. 3° determiat de apatibꝰ fridis vētoſis. ⁊ 4° determiat de apatibꝰ fridis cōpoſitis. 2ª ibi. (Apa dur noiatū ſephyros ⁊c̃.) 3ª ibi (De apatibꝰ vētoſis eſt ⁊c̃.) 4ª pōt aſſignari ibi (Eſt vt accidat ſup tres corpis puſtula q̄daȝ iflās ⁊c̃.) Prima ps in qua determinat̃ de apatibꝰ frigidis flaticis diuidit̃ in ptes q̃ttuor. In prima pte determinat̃ de apate molli. In ſcđa pte determiat de nodis tā de nodis lenibus q; de nodis duris. In tertia pte determiat de glādulis. In 4ª pte determinat đ ſcroffolis. 2ª ibi (Nodi ſunt debelet) 3ª ibi: (Quandoq; generat̃ in q̄buſdā mēbris apa glandoſum) quarta ibi. (Scroffule ſimilantur nodis) Non autē determinat Auicen. hic de apoſtematibus aquoſis: eo ꝙ apoſtemata aquoſa nō generāt̃ niſi in mēbris dterminatis. ſicut hydropiſis aquoſa eſt egritudo ꝓpria epatis. et hernia aquoſa eſt egritudo ꝓpria burſe teſticuloꝝ. ſilr ꝙ accidit in craneo de aquoſitate eſt egritudo membri appropriati. ⁊ ideo quia talia apoſtemata aquoſa ſunt egritudines particulares ⁊ determinate. ⁊ ad hūc librum nō ſpectat determinate de egritudinibus appropriatis: ſed ſpectat hoc ad tertiū librū. ideo hic Auicen. nō determinat de apoſtematibus aquoſis: ſed in tertio libro ſm̃ ꝙ ibi apparet. ¶ Vel poſſet diuidi illa ps alio modo magis artificiali: ita ꝙ diceret̃ ꝙ illa ps diuiditur in ptes tres. In p̄ma parte determinat de apoſtemate flgmatis molli In ſecūda parte determinat de dubelet lenibꝰ. In tertia parte de dubelet duris. ſecūda ibi (Nodi ſunt dubelet) 3ª ibi (Scroffule ſimilantur nodis) In p̄mo ergo cap. Aui. determinat de apoſtemate flegmatico molli qđ dicit̃ vndimia. Et diuiditur pars hec in duas. primo determinat de ipſo theorice. ſecūdo practice. ibi ſecūda (Euacuatio quidez cum ſolutione ⁊c̃.) Prima pars etiam diuiditur in quatuor. p̄mo oſtendit quid eſt vndimia et pōit ſigna ipſius. ſecundo ponit cauſam ipſius. tertio ponit ſigna p que differt ab apoſtematibus melancolicis. quarto quia vndimia pt accidere ex pcuſſiōe ⁊ ex cauſa p̄mitiua: tamē hoc ē raro. aliqñ tamē ex cauſa antecedenti. et hoc eſt vt plus: oñdit quomodo aliquando vndimia pōt accidere ex cā p̄mitiua ⁊ ponit ſignū p qđ differt ab ipſa vt accidit ex cā añti. 2ª ibi. Et pſm eius ⁊c̃. tertia ibi: Et differt vndimia. quarta ibi: Et quādoq; accidit ex pcuſſiōe. Dicit ḡ p̄mo. Eſt. ſ. vndimia apa album ⁊c̃. qđ nō eſt in eleuatiōe.

Et tu dices: iſtud nō videt̃ veꝝ: qꝛ Aui. dic̄ in p̄mo. vt dcm̄ ē ſupra ꝙ eleuatiōem inuenit ſenſus mollē. ergo eleuatio etiā cedit impreſſioni digiti ſicut ⁊ vndimia. ¶ Preterea Auicen. dicit ſtatim poſt: ꝙ vndimia eſt de genere eleuatōis. quomodo ergo dicit ħ Auicēna ꝙ nō eſt in eleuatiōe. ¶ Tu potes reſpondere ſic. quādo Auicē. dicit ꝙ nō eſt in eleuatōe itellige tanta impreſſio digiti ſicut eſt in vndimia: qꝛ in eleuatōe eſt aliqua vētoſitas que reſiſtit aliquo modo impreſſioni digiti: in vndimia aūt non. ¶ Ad p̄mū ḡ qđ tu arguebas: qꝛ tu dicis. Auicēna dic̄ in p̄mo ꝙ eleuationem inuenit ſenſus mollem. Dōm ꝙ Auicē. intelligit hic per reſpectū ad iflatōez que iflatio reſiſtit ita impreſſioni digiti ꝙ nulla quaſi in ea appet ipreſſio: ſed in eleuatiōe apparet ipreſſio digiti: ſed nō adhuc eſt ibi terminata impreſſio digiti ſicut eſt in vndimia. ¶ Ad ſecundū quod tu arguebas: quia dicis Auicēna dicit ſtatī poſt ꝙ vndimia eſt de genere eleuationis. ¶ Dōm eſt ꝙ Auicē. noluit oīno ꝙ vndimia eēt de genere eleuatiōis: qꝛ tunc vndimia eſſet apoſtema vētoſuȝ: ſed voluit per hoc ꝙ dixit ꝙ vndimia ē de genere eleuatōis hoc eſt ꝙ vndimia cōuenit cū eleuatiōe: qꝛ cōuenit cū ea quodāmodo ipreſſione digiti: qꝛ eleuatio fit ex ventoſitate permixta humiditati ſubtili flegmatice. ⁊ iđ digitus imp̄mit in ea ſic imprimit i vndimia: ſed differt vndimia ab ea: qꝛ eſt i vndimia maior impſſio: qꝛ vndimia fit ex humiditate ſubtili flegmatica ſine vētoſitate: ſed eleuatio eſt cum aliqua vētoſitate: ⁊ ideo p hoc ꝙ Auic. dicit ħ ꝙ nō eſt in eleuatiōe poſſumus dicere ꝙ tangit dr̃ntiam inter vndimiā ⁊ eleuationem. Cum aūt dicit inferius et eſt de genere eleuationis: poſſumus dicere ꝙ tangit cōuenientiā īter vndimiam ⁊ eleuationē. ¶ Sed ex predictis ergo pȝ ꝙ Aui. in iſta parte ponit ſigna ipſius vndimie. ⁊ p eadem ſigna oñdit dr̃ntiam ipius ab apatibus ventoſis: qꝛ p illa ſigna differt vndia ab eleuatione. ⁊ ſi p illa ſigna differt ab eleuatione Auicen. excludit implicite ꝙ multo fortius differat p illa ſigna ab iflatiōe cum minꝰ cōueniat vndimia

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

cũ inflatiõe q̃ȝ cũ eleuatiõe: eo ꝙ in inflatiõe eſt pura vẽ⸗toſitas: vt dictum eſt ꝑus. Et quãto materia flegmatica vndimie eſt ꝑus groſſioꝛ ⁊c̃. ¶ Deinde cuȝ dicit:

¶ Et plurimũ eius eſt a vapoꝛe flegmatis ⁊ eſt de genere eleuationis.

¶ Auicẽna ponit hic cãm ipi⁹ vndimie q̃ȝtũ ad cãm materialẽ. Dicit ergo. Et plurimũ eius fit a vapoꝛe flegmatis id eſt ab hũiditate ſubtili flegmatica. vñ nõ intelligat hic per vapoꝛẽ ventoſitatẽ: ſed intelligas hic ꝑ vapoꝛẽ humiditatẽ ſubtilẽ flegmaticã: que quidẽ ꝓpter ſuã ſubtilitatẽ aſſimilatur nature vapoꝛis. Et eſt de genere eleuationis expone hic ſm ꝙ dictũ eſt ꝑus. ¶ Et intellige circa iſtaȝ partẽ ꝙ hoc qͦd dicit Auic. Et plurimũ eius ⁊c̃. poteſt referri ad idem apã ⁊ ad diuerſa apãta. ſi referatur ad ideȝ apã tũc erit ſenſus: et plurimũ eius. i. maioꝛ pars hũoꝛis apãtibus vndimie eſt hũiditas ſubtilis flegmatica. Dicit aũt Aui. plurimũ: qꝛ poſſibile ẽ ꝙ cũ illa materia ſubtili multa admiſceatur aliquid materie groſſe et flegmatis groſſi. Si aũt iſtud referaꝛ ad diuerſa apãta tunc erit ſenſus: ⁊ plurimum eius. i. vtplꝫ ⁊ plurima apãta vndimie fiunt ex tali vapoꝛe flegmatis. Dicit aũt Aui. plꝫ: quia aliquãdo poſſe eſt ꝙ vndimia nõ fiat ex materia flegmatica ſic ſubtili: ſed fit ex materia groſſioꝛi: licȝ etiã illa ſit ſubtilis ꝑ reſpectũ ad materiã alioꝝ apãtũ flegmaticoꝝ. Et ꝓpter hoc Auic. dixit ꝑus. ⁊ q̃ȝto plus eſt materia groſſioꝛ eſt ad duriciẽ ⁊ frigus decliue pl⁹ ⁊c̃. ¶ Deĩde cum dicit:

¶ Et differũt vndimia ab apoſtematib⁹ melancolicis per paucitatem duritiei et paucitatem obfuſcationis.

¶ Auicen. ponit differentiã vndimie ab apãtibus melancolicis. ⁊ patet. Tunc ſequitur illa pars:

¶ Et qñ accidit ex ꝑcuſſiõe ⁊ ſilib⁹ et nõ occurrit materia q̃ attrahiꝛ ad locũ eius niſi flegma: tũc nõ apãꝛ ꝑter apã flegmatis: ⁊ illud eſt paꝝ ⁊ nõ euãatur ex doloꝛe.

¶ In iſta parte: qꝛ vndimia aliqñ põt accidere ex cã ꝑmitiua ⁊ hoc raro: ⁊ aliqñ ex cauſa ãtecedẽti ⁊ hoc eſt vtplurimũ. ideo Aui. oñdit quomodo aliquando vndimia pt accidere ex cauſa ꝑmitiua. ⁊ ponit ſignuȝ ꝑ qͦd differt ab ipã vt accidit ex cauſa ãñti. Dicit g̃. Et qñ accidit ex ꝑcuſſione ⁊c̃. q̃ſi vult dicere Auic. ꝙ quãdo ꝯtingit ꝙ currat mã flegmatica ex ꝑcuſſione ad locũ. tũc ille locus apãtur apãte flegmatico. ⁊ fit ibi apã flegmaticũ ex cauſa primitiua. Et illͦd eſt paꝝ. hoc eſt: ſed raro eſt ꝙ ex ꝑcuſſiõe currat materia flegmatica ad locum et fiat ibi apoſtema flegmaticuȝ ex ꝑcuſſiõe. Et cauſa hui⁹ eſt: qꝛ raro accidit ex cã ꝑmitiua apã flegmaticũ: qꝛ vtplurimũ materia q̃ currit ad membꝛũ ꝓpter cãm ꝑmitiuã eſt ſanguis ⁊ ſpiritus ⁊ hũiditas calidi ꝑmo: qꝛ humiditas calidi plus abũdat in coꝛpe q̃ȝ frigidi: cũ vita ſit calꝫ ⁊ humidũ: ⁊ ideo cum plꝰ abũdent in copoꝛe citi⁹ ſũt parati currere. Iteꝝ etiaȝ qꝛ ſunt magis mobiles q̃ȝ frigidi: ideo citius currũt ad locum. Iteꝝ etiã qꝛ inſtꝛa nature cum quib⁹ ſe defendit ſũt ſanguis ⁊ ſpũs. ⁊ ideo cũ ex cauſa ꝑmitiua accidat doloꝛ. tunc virtus regitiua totius ſentiens nocumentum currit illuc vt defendat cũ ſuis armis ⁊ inſtꝛis. ſ. cũ ſanguie ⁊ ſpiritu. Ex hoc g̃ habeꝛ ꝙ vtplurimũ humiditates currẽtes ad locũ ꝑcuſſiõis ſũt ſanguis ⁊ ſpũs ⁊ hũoꝛes calidi. Patet g̃ ex iſtis trib⁹ cauſis. q̃re raro accidit apã flaticũ ex cã ꝑmitiua: imo vtplꝫ accidit apã calꝫ ⁊ maxime ſanguis. cõtingit tñ aliqñ ꝙ accidit apã flegmaticũ vt ſi i loco illo abũdent hũoꝛes flegmatici ſicut eſt maxime in iũcturis in q̃bus abũdet flegma vl' ſiẽ in coꝛpe multũ flegmatico. tũc ꝓpter ꝑcuſſionẽ currit materia multuȝ flegmatica ad locũ ⁊ apãtur locus apãte flegmatico. Et nõ euãnꝛ ex doloꝛe. Hic Aui. ponit ſignũ per qͦd differt vndimia vt accidit ex cauſa primitiua ab ipã vt accidit ex cauſa ãñti: qꝛ in vndimia q̃ fit ex cauſa ãñti vel null⁹ vel paucus doloꝛ eſt niſi eſſet ibi admixtio alteri⁹ humoꝛis calidi: ſed in vndimia q̃ fit a cã ꝑmitiua eſt doloꝛ rõne ꝯtuſionis ⁊ ꝯtritiõis que fit in carne ſeparãtis cõtinuũ. ⁊ ſicut differt vndimia a cã ãñti: ⁊ vndimia a cã ꝑmitiua i doloꝛe. ita etiã differt in cura rõne doloꝛis. vt poſtea videbiꝛ. ⁊ ꝓpter hoc Aui. qꝛ cauſa ãñs ⁊ cã ꝑmitiua diuerſificant curã apãtis flatici facit h̃ mentiõeȝ de cã ꝑmitiua. et poſuit ſignũ ꝑ qͦd dr̃t vndimia vt ipſa eſt a cauſa primitiua ab ipã vt eſt a cauſa antecedenti. ¶ Curatio apoſtematis mollis. Caplm̃. iii.

Euacuatio qdẽ q̃ fit cũ ſolutiõe ventris ⁊ abſtinentia ab eo qͦd generat flegma eſt res que eſt neceſſaria: ⁊ cum factum fuerit iſtud opoꝛtet vt ſit reꝑcuſſio eius in ꝑncipio cũ eo qͦd agregat exiccatiõem ⁊ reſolutionẽ: ⁊ oȝ vt friceꝛ locus cuȝ mandili fricatione dura: deinde adminiſtrentur ſuꝑ ipm̃ exiccatiua. ⁊ nõ opȝ vt cõtingat ipm̃ aqua: ⁊ de illis que bona ſunt in ꝑncipio eſt vt adminiſtreꝛ ſuꝑ ipm̃ ſpõgia noua infuſa in aceto cõmixto aut infuſa in qua baurach ⁊ cineris. In ſubſtantia enim ſpongie ſunt exiccatio ⁊ reſolutio.

¶ Superius determinauit de apoſtemate flegmatico qͦd dicitur vndimia qͦd fit ex flegmate molli ſubtili theoꝛice. In iſta parte determiãt de ipſo practice in ponẽdo ꝑmo curã ipſius quãtũ ad vniuerſalia que reſpiciunt totũ coꝛpus. 2° quãtuȝ ad localia. 2° ibi (Et cũ factũ fuerit illud) Dicit ꝑmo ⁊ pȝ. Tunc Auicẽna ponit curam ipſius quantum ad localia. Et diuiditur pars iſta in duas ꝑtes. Primo ponit curã ipſius quantũ ad localia vt eſt quedã egritu. 2° incidentaliter ponit curam ipſius quãtum ad localia: vt illud apã eſt accñs. ꝯñs ad aliaȝ egritudinẽ. ſecũda ibi (Et quãdoq; cõfert mollicies accidẽti) Prima pars diuiditur in duas. Primo ponit curã vndimie vt fit a cauſa antecedenti. ſecũdo ponit curã ipſius vt fit a cauſa primitiua. ſecũda ibi (Et quando eſt cũ hoc doloꝛ ⁊c̃.) Prima pars diuidiꝛ in partes duas. ꝑmo ponit curam vndimie quãtuȝ ad localia abſolute. in ſecũda parte ponit curam quãtũ ad localia per reſpectũ ad membꝛũ. ſecũda ibi (Et cũ hoc apoſtema eſt i membꝛo neruoſo) Prima pars diuiditur iteꝝ in partes tres. ꝑmo ponit curã ipſius quantũ ad ꝑncipiũ. ſecũdo quantũ ad augmentũ. tertio quantũ ad ſtatum. ſecũda ib (Et quotiens additur egritudo) tertia ibi (Et apud ſtatũ perueniaꝛ) Dicit ergo primo. Et cum factum fuerit illud. ſ. euacuatio et abſtinẽtia tunc opoꝛtet vt eius reꝑcuſſio in ꝑncipio ⁊c̃. hoc eſt tunc opȝ vt in ꝑncipio adminiſtrenꝛ repercuſſiua admixta cum reſolutiuis exiccatiuis ſtipticis. ¶ Iuxta qͦd nõ ꝙ in ꝑncipio cuiuſlibet apãtis q̃ȝtũ eſt de ſe ſiue ſit calidũ ſiue frigidũ cõpetũt reꝑcuſſiua ſm qͦd dicꝛ Aui. in ꝑmo. ⁊ vt etiã dcĩn ſuit ꝑus in tractatu apãtum caloꝝ: tñ in apoſtematibus calidis debẽt poni reꝑcuſſiua pura: ſed in apãtibus frigidis debẽt miſceri cũ calidis ſtipticis. ſicut ponit Auicẽna in ꝑmo. Fen 4ª. in caplͦ de curatiõe apãtũ in generali: eo ꝙ rõne materie frigide ſi reꝑcuſſiua apponerenꝛ pura in apoſtemate frigido induraretur materia plꝰ ⁊ infrigidaretur magis. ⁊ ideo debent admiſceri cum calidis

et ſtipticis: ⁊ debēt eſſe iſte medicine calide ſtiptice deſiccatiue rōne phlegmatis qḋ eſt humidū: frigidū ⁊ viſcoſum. Et oꝫ vt fricet̃ locus. ſ. primo anteq̄ꝫ ponat̃ medicamen: ⁊ hoc fit vt apiant̃ pori: ⁊ p ꝯñs poſſit in mēbrū vtus medicine citius penetrare. Deinde. ſ. poſt fricationē adminiſtrent̃ ſup ipm exiccatiua. i. reſolutiua mixta cū aliquibus repcuſſiuis. Et nō oꝫ vt cōtingat ipm aqua: eo ꝙ aqua nocet ei ratione duplicis qualitatis quā habet. primo: quia eſt nimis frigida ⁊ nimis repcuſſiua. Unde nō ſolū nō cōpetit in hoc apoſtemate: ideo etiā vt dictū fuit prius: vitat̃ in apate calido ſanguineo ſicut in phlegmōe. Iteꝝ etiā rōne humiditatis nocet ei: q2 in iſto apate competūt reſolutiua exiccātia: aqua vero eſt humectatiua: et ideo oꝫ vt nō tāgat illḋ apa aqua: nec calida nec frigida. ¶ Et intellige hic qḋ dicit hic Auic. de aqua ſimplici: q2 de aqua cōmixta nō eſſet veꝝ ſicut eſt aqua mar ⁊ aqua cineris ⁊c. ¶ Et de illis que ſunt bona in pncipio eſt vt adminiſtrent̃ ⁊c. q2 illud medicamē rōne ſpōgie eſt eixccatiui ⁊ reſolutiuū: vt dixit Auic. rōne aceti eſt quodam modo repcuſſiuū: q2 acetū eſt frigidū ⁊ ſiccū: licet nō ſit nimis frigidū cū in eo ſint quedā partes calide: vt ponit Auic. Iteꝝ etiā acetū eſt bonū in hoc apate ratione inciſionis quā facit in materia phlegmatica: aut pro ⁊ infuſa in aqua baurach ⁊ cineris: ita ꝙ ex oībus iſtis fiat vnū medicamen vt infundat̃ ſpongia in aceto ⁊ in aqua cineris ⁊ baurach ⁊ adminiſtret̃. Et itellige ꝙ id medicamē pre ceteris valet in mā iſta phlegmatica ſubtili vt multotiens ſum expertus: immo adeo operabitur ꝙ mirabert de eius effectu. ¶ Deinde cum dicit:

foꝛiſmi: ⁊ reddiꝛ ab eo ibi duplex cā. Una ſpālis ⁊ alia ge
neralis: Spāles qdē cāe ſunt: qꝛ ſi vulnus ſit in veſica de
difficili aut raro cōſolidaꝛ: qꝛ veſica ē ſubtilis ⁊ neruoſa
⁊ ſine ſanguine: he aūt ſunt due cauſe repugnātes icar-
nationi vulneris ſm qḋ manifeſte apparet. Si aūt incar
naꝛ vulnus eius ſicut videmꝰ qñ icidiꝛ veſica vel lapis ḋ
ipſa extrahaꝛ: h eſt qꝛ ſit iciſio in collo eiꝰ qḋ carnoſum ē
nō aūt ſit iciſio in parte neruoſa. Et ſi fieret ibi iciſio non
cōſolidareꝛ: ſic ḡ vulnus qñ ē in ſui pte neruoſa qꝛ de tali
pte eius itelligit h vt plurimū nō ſanaꝛ: poſſe ē tñ foꝛte vt

aliqñ ſaneꝛ ſicut ſi ſit ſciſſura parua ⁊ in etate puerili ⁊ i
cōplone hūida in talibꝰ poſſibile ē vt aliqñ icarneꝛ vul
nus eius ſicut etiā ē de alijs mēbris neruoſis. Silr etiā ſi
vulnus accidat in cerebro vtplurimū ē moꝛtale cū cere-
brū ſit vnū de p̄ncipalibus mēbris coꝛpoꝛis i quo eſt p̄n
cipiū ſenſus ⁊ motꝰ: ⁊ ē p̄ncipiū oīuꝫ neruoꝝ. Uñ ad vul
nus ipſius ſeqtur cōpati oēs neruos coꝛpoꝛis: ⁊ ꝑ ꝯñs to
tum coꝛpus ſpaſmari: vñ moꝛtalis: cū ſpaſmꝰ in vulnere
moꝛtale vt Hyp. dicit: poſſe ē tñ vt aliqñ ſaneꝛ ſꝫ ꝙ Gal.
dicit in cō. p̄dicti affo. Dicit enī ꝙ vidit quēdā magne
⁊ ꝓcōcaue iciſum cerebrū hr̄e: ⁊ tamē moꝛtē euadere: qḋ
cōtingit: vt dicit rariſſime. Uñ dicit ipſe q dicunt inciſio-
neꝫ magnā ⁊ ꝑfoꝛationē in ipſo eſſe moꝛtale veri ſūt. Si
enī vulnꝰ ꝑtingit vſqꝫ ad vētriculos cerebri ꝓculdubio
eſt moꝛtale. Et ex hoc apparet ꝙ incredibile eſt id qḋ di-
cunt qdam cyrugici ſe vidiſſe iā de vulnere exire quādā
partem cerebri ⁊ tñ infirmū euadere: qꝛ neduꝫ ipoſſibi-
le ſit ꝙ pars ſube cerebri exeat: imo ipoſſibile eſt vulnꝰ
ſanari dūmodo ꝑtingat inferius vſqꝫ ad vētriculos cere
bri: vt Gal. dicit. Sed qꝛ foꝛte qñ vulnus eſt in capite cū
fractura ē pertingēs vſqꝫ ad cerebrū expellitur aliqñ ꝑ
vulnus quedā humiditas viſcoſa q̄ eſt coadunata in par
tibus cerebri: q̄ humiditas aſſimilaꝛ ſubſtātie cerebri cre
dunt illi cyrugici qḋ ſit qdā pars ſubſtātie cerebri exi-
ens ꝑ vulnus. Iterū etiā hoc pōt eſſe qꝛ aliquādo virus
⁊ putredo a ſuperioꝛibꝰ ad iferioꝛa deſcēdit ⁊ ibi actione
naturalis caloꝛis digeritur. Deinde natura mirabilis ip
ſam ꝑ mediū rupture foꝛas expellit quā vidētes medici i
periti cerebri medullā eſſe eſtimant ſꝫ decipiunꝛ cuꝫ hoc
ſit poſſibile ꝓpter cām q̄ dicta eſt. Apparet ergo ꝙ vul-
nus ſi ſit in cerebro vtplurimū ē moꝛtale: aliqñ tamen eſt
poſſibile ſanari maxime ſi ſit paruū non pertingēs mul-
tum ad iterioꝛa ipſiꝰ. Si autē vulnus ſit in coꝛde tūc oīno
eſt moꝛtale ⁊ nō ſperaꝛ in eo ſalus ſm qḋ dicit Auic̄. ⁊ rō
huius eſt qḋ ponit philoſophus 3ᵒ de partibus animali
um: ibi ipſe ꝓbat ꝙ coꝛ non pōt pati ſolutionem cōtinuiꝫ
nec apoſtema in ſui ſubſtantia remanente vita: quia fcā
permutatione in p̄ncipio: ⁊ ſi ſit pauca maxima ſit ꝑmu-
tatio in principiatis oꝛtis ab hoc: eo ꝙ permutato ⁊ coꝛ-
rupto p̄ncipio non eſt amplius ex quo fiat auxilium ali-
is ex hoc oꝛtis. Nunc autem coꝛ eſt principium vite ⁊ fun
damentum totius coꝛpoꝛis vt plane omnes philoſophi
cōcoꝛdant: ergo facta coꝛruptiōe in ipſo ⁊ diſſolutione fa
cta in ipſo fiet diſſolutio ⁊ coꝛruptio in toto coꝛpoꝛe cum
non amplius fiat ei auxilium ab illo membro: ⁊ ideo ſi fi
at magnum vulnus in coꝛde ⁊ profundum ſtatim moꝛiꝛ
hō. Si āt fiat in eo paruū ⁊ ſuperficiale pōt viuere per
vnam diē vel per vnam noctē. Sic ergo vulnus in coꝛde
oīno eſt moꝛtale ⁊ nunq̄ꝫ ſanatur. ¶ Ex hoc apparet dif-
ferētia vulneris quod ſit in coꝛde ⁊ in alijs membris que
hic ponit Auicē. quia vulnus i coꝛde nullo modo poteſt
ſanari: in alijs autem membris poteſt aliquando ſanari
vt cum vulnus eſt leue: vt Auicen. ponit ⁊ etiam dictum
eſt. ¶ Si autem vulnus fiat in dyafragmate: ⁊ intellige:
vt dicit Galie. ꝙ ſit in partibus neruoſis dyafragmatis
ſicut ſunt partes que ſunt in medio eius: partes enim la
terales ſunt magis carnoſe: ⁊ ideo citius recipiunt conſo
lidationem: tunc tale vulnus quod ſit in omnibus parti-
bus neruoſis ipſius raro conſolidatur propter duo. Pri
mo quia tales partes neruoſe ſunt: ⁊ ideo de difficili cōſo
lidantur. ¶ Iterum etiam quia dyafragma ſemper ē in
motu. motus autē impedit cōſolidationeꝫ: ⁊ ideo vt plu
rimū vulnus in eo nō ſanatur: aliquādo tamē ſanatur ſi-
cut ſi ſit paruū ⁊ in etate puerili ⁊ cōplone hūida: ¶ Si
milr ēt ſi vulnꝰ ſit in ſtomacho raro ſanaꝛ. ¶ Eſt tñ diſti-
guēdū: vt dicit Gal. qꝛ ſi iciſio nō ſit cōcaua bñ ſolidaꝛ ꝓ-
pter carnoſitatē maioꝛē ex pte exterioꝛi. Si aūt ſit ꝯcaua
penetrās ad latꝰ aliḋ tūc rariſſime ꝯſolidaꝛ cū ſit mēbrū
neruoſū: ⁊ maxīe ex pte iterioꝛi. Et ē ēt alia cā ꝑꝑ cibū q

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ipſũ aggrauat. Uñ ſi iciſio penetrat vſqꝫ ad latꝰ itrinſecũ ipedit a ꝯſolidatione: aliqñ tñ põt ꝯſolidari ſicut in ꝑdi ctis ꝯditiõibꝰ q̃ dicte ſũt in alijs. ¶ Silr̃ ẽt iſto mõ: vt ibi dicit Gal. cõuenit in renibꝰ: qꝛ ſi penetret vulnꝰ vſqꝫ ad latus aliud rariſſime ꝯſolidaꝛ pp decolationẽ vrine q̃ fit in renibꝰ q̃ q̃dẽ decolatio ipedit cõſolidationẽ. ¶ Intelli ge tñ: vt dicit Aui. in 3ᵒ ꝙ vulnera q̃ fiũt in renibꝰ ſũt fa cilioꝛis ſanatiõis q̃ꝫ illa q̃ fiũt i veſica: qꝛ renes ſũt magis carnoſi q̃ꝫ veſica. Silr̃ ẽt ſi vulnꝰ ſit in iteſtinis ſubtilibus raro ſanaꝛ pp neruoſitatẽ eoꝝ. In groſſis aũt iteſtinis be ne cõſolidaꝛ ⁊ nõ ſolũ in etate puerili veꝝ ẽt in alijs eta tibꝰ pp carnoſitatẽ eoꝝ. Et iõ ſignãter dixit Hyp. aut ali qđ iteſtinoꝝ gracilũ. ¶ Si aũt vulnꝰ ſit i epate tũc ẽ moꝛ tale pp fluxũ ſanguis q̃ ſeq̃tur: vt dixit Gal. Uñ patiẽtes moꝛiunꝛ anteq̃ꝫ vulnꝰ ſolideꝛ: ⁊ hoc fit: vt dicit Gal. cum ſue vene iciſe ſũt: ⁊ iõ dicit ipſe. Arbitroꝛ ꝙ veꝝ dicũt q̃ dicũt ꝙ vulnꝰ epatis poſſit ſanari cũ iciſio nõ ꝑuenit ad cõcauitatẽ eius: ⁊ hoc eſt qꝛ tũc nõ ſeq̃tur tãtus fluxus ſan guis. Si aũt inciſio ꝑueniat ad cõcauitatẽ tũc vt pl'm mo ritur patiẽs pp fluxũ ſanguis anteq̃ꝫ vulnus ſolideꝛ: ali qñ tñ bene põt ſolidari eo mõ: ſicut dcm̃ ẽ in alijs. ¶ De vulnere aũt pulmonis ẽ ſciẽdũ ꝙ vulneratio pulmonis aut eſt recẽs aut antiq̃. ſi vulneratio eius ẽ recẽs anteq̃ꝫ ſa nies in eo fiat tunc dico ꝙ ſolidari põt ſm̃ qđ ponit Gal. in 5ª ꝑticula de ige. ſani. Et põt ſolidari ſiue fiat a cã exte rioꝛi. ſ. ex vulneratiõe facta cum lãcea ſiue a cã interioꝛi. ¶ Dico tñ ꝙ ẽt de difficili cõſolidaꝛ: qꝛ vulnus pulmõis de difficili cõſolidaꝛ: ⁊ hoc ẽ pp motũ pulmonis. ¶ Mem bꝛa aũt vulnerata ad h' vt cõſolidenꝛ neceſſe ẽ vt q̃eſcant qꝛ ex motu ꝑtes vulneris elõganꝛ ⁊ diuidunꝛ. Cũ g̃ pul mo ſit ſemꝑ in motu: iõ vulnus eius difficulter cõſolidaꝛ Si aũt vulneratio eiꝰ ſit antiqua vt qꝛ iã in ea ſanies col ligaꝛ tũc talis vulneratio pulmõis appellaꝛ ptiſis ⁊ hãc ipoſſe ẽ ſanari ſiue fiat a cã iterioꝛi ſiue a cã exterioꝛi ſic po nũt oẽs auctoꝛes. ¶ Et cã huiꝰ ſicẽ põit Serapio ẽ triplex Una eſt ꝓpter lõgitudinẽ vie vñ virtus medicine ad lo cũ ꝑuenire nõ poteſt niſi valde remiſſa: aut eſt ꝓpter hu miditatẽ pulmonis: humiditas aũt ipedit cõſolidationẽ vulneris vel vlceris: qꝛ oĩa vlcera indigent exiccatione. Tertia cã eſt ꝓpter ſuꝑfluũ ⁊ cõtinuum motũ pulmõis: ex motu aũt vlcus dilatatur plus. ¶ Sed his cauſis ſuꝑ addit Aui. alias que ſũt magis eẽntiales vt mihi vr̃: ⁊ h' idẽ etiã ibi dicit: qꝛ qñ vlcera pulmonis ſunt facta ſanio ſa tũc nõ poſſunt curari niſi cũ mũdificatiõe ſaniei: h' aũt fit cũ tuſſi: talis autẽ augmẽtũ efficit in dilatiõe vlceris et diſruptiõe eius: ⁊ cõmotio facta i eo addit in doloꝛe ⁊ do loꝛ addit in attractiõe materiei ad ꝑtẽ: ⁊ medicine exicca tiue ſunt ꝓhibẽtes ſputũ: quare ipoſſibile ẽ tale vlcus cõ ſolidari. Apparẽt g̃ cauſe ſpãles quare vulnus eueniens in talibus membꝛis eſt moꝛtale. ¶ Cauſa aũt gñalis om niũ iſtoꝝ eſt quã ponit Gal. in cõmento p̄mi affoꝛiſmi: dicit. n. ꝙ nõ ſolũ his cauſis ſpecialibus iſta vulnera in his mẽbꝛis de difficili ⁊ raro curãtur: ſed etiã ꝓpter alia iſta vulnera de difficili cõſolidanꝛ: qꝛ in his membꝛis ſi cut in exterioꝛibus nõ poteſt medicina imponi. ¶ Opꝫ aũt tertio te itelligere circa hoc ꝙ quãdo dicimus vulnꝰ eſſe moꝛtale quod accidit in his membꝛis ꝙ id eſt iteli gẽdum cũ diſtinctiõe quadã: qꝛ vulnus in his membꝛis aliquãdo eſt moꝛtale: qꝛ ſtatiꝫ vel poſt paucũ tempꝰ inter ficit. Aliquãdo aũt eſt moꝛtale: qꝛ tarde iterficit ⁊ nõ ſana tur: poteſt tamẽ aliquo tp̄e remanere vita cũ ipſo: ⁊ h' di uerſitas accidit ſm̃ ꝙ vulnus accidit in mẽbꝛo magis no bili ⁊ magis requiſito ad operationẽ vite tunc citius iter ficit q̃ꝫ quãdo eſt in alio membꝛo nõ ita faciẽte ad neceſſi tatem durationis vite. Accidit etiã hoc ſm̃ magnitudineꝫ ⁊ paruitatẽ vulneris: qꝛ cũ vulnere magno minꝰ põt ſta re vita q̃ꝫ cũ vulnere paruo cũ plus ledat vulnꝰ magnũ q̃ꝫ paruũ: hec ergo ſunt que opoꝛtet intelligi circa hanc partem. Deinde cum dicit Aui.

¶ Et qñ vulnꝰ ẽ i loco in quo oꝫ vt vehe mẽs fiat doloꝛ ⁊ apa ſicut ſũt capita lacer toꝝ ⁊ poſterioꝛa eoꝝ ⁊ ꝓꝑe illoꝝ q̃ ſunt neruoſi ⁊ nõ accidit apa ſignificat illõ no cumentum intrinſecuꝫ ad quod conuer tunꝛ materie: ⁊ non ꝑueniunt ad vulnus.

¶ In ꝑte iſta Aui. cũ oſtẽdit in q̃bus mẽbꝛis vulnera ſunt periculoſa ⁊ moꝛtalia ſm̃ ꝙ vulnera: h' oñdit in q̃bꝰ mẽ bꝛis vulnera ſũt ꝑiculoſa ⁊ moꝛtalia ſuppoſita q̃dã con ditiõe cũ dic̃. Et qñ fiat vehemẽs doloꝛ. i. ad qđ vulnꝰ qñ ẽ i tali mẽbꝛo oꝫ ſeq̃ vehemẽs doloꝛ ⁊ apata. i. tumoꝛes i partibꝰ circũſtãtibus vulneris: ſicut ſũt capita lacertoꝝ ⁊ poſterioꝛa eoꝝ. i. ſicut ſunt vulnera facta in capitibꝰ la certoꝝ ⁊ finibꝰ eoꝝ: ⁊ ꝓꝑe. ſ. in capitibus ⁊ finibꝰ illoꝝ. ſ. lacertoꝝ q̃ ſunt neruoſi. i. in q̃bus ſunt multi nerui: qꝛ qñ vulnera fiũt in talibꝰ mẽbꝛis tũc ad ea oꝫ ſeq̃ vehemens doloꝛ pp ſubtilitatẽ mẽbri ⁊ nõ accidit apa. i. ⁊ nõ accidit tumoꝛ in ꝑtibꝰ circũſtãtibꝰ vulneris iſtoꝝ mẽbꝛoꝝ ſigni ficat id. ſ. nõ accidere tumoꝛẽ in vulnere taliũ mẽbꝛoꝛum nocumentũ itrinſecũ ad qđ ꝯuertunꝛ mãe. i. ſignificat h' qđ hũiditates ⁊ viruletia q̃ debẽt venire ad vulnꝰ diſper gunꝛ ꝑ mẽbꝛa iterioꝛa ſicut ꝑ neruos: ⁊ ꝑ ꝯñs pñt iduce re ſpaſmũ ꝑ mixtionẽ rõnis ⁊ febꝛẽ q̃ i vulnere moꝛtalia ſunt: ſunt g̃ hec vulnera q̃ accidũt in his mẽbꝛis moꝛtalia facta hac ſuppoſitiõe. ſ. ꝙ nõ accidat tumoꝛ in vulnere q̃ oꝫ accidere in ipſo quando eſt in talibꝰ mẽbꝛis ſicut ſunt capita lacertoꝛum ⁊c̃.

Sed circa iſtã ꝑtẽ põt cadere duplex dubita tio. Una dubitatio ẽ q̃ ſint vul nera in q̃bꝰ opꝫ vt fiat vehemẽs doloꝛ ⁊ apa: ⁊ q̃re in his debeat fieri vehemẽs doloꝛ ⁊ apa. Alia dubitatio ẽ: vtrũ iſtis vulneribus accidere apa ſit bonũ ſicut dicit Auicẽ. ⁊ arguiꝛ ad h': qꝛ vr̃ ꝙ apa accidere in talibꝰ vulneribꝰ ſit malũ. Primo qꝛ Aui. dicit in lr̃a ꝙ vulnera in q̃bus de bet tumoꝛ apparere ſunt illa q̃ accidũt in finibꝰ lacertoꝛũ maxime neruoſoꝝ: ꝑ h' vr̃ inui ꝙ ẽ maxime i vulneribus q̃ accidũt in mẽbꝛis neruoſis. Tũc aũt Aly. in diſpõne re gali. ca. de vulneribꝰ neruoꝝ dicit ꝙ qñ vulnꝰ in neruis ceciderit aut illis ꝓxima nõ opoꝛtebit carnẽ ſupinducere donec multi trãſeãt dies ⁊ ab apate ſecurus fueris: ſi enĩ neruis apa acciderit ſecurꝰ nõ eris a ſpaſmo qui ad cere bꝛũ attinget ⁊ patiẽtẽ ꝑdet g̃ videtur ꝙ hoc dicat Aly. ꝙ apa accidere in talibꝰ vulneribꝰ eſt ꝑnicioſuꝫ. Iterũ etiã hoc idẽ vult Aui. ca. de vulneribꝰ neruoꝝ: dicit eniꝫ ꝙ to ta itentio in talibus vulneribꝰ eſt in ſedando doloꝛẽ quia doloꝛ ⁊ apa pñt eẽ cã ſpaſmi: g̃ iſta ſuꝑuenire i tali vulne re ẽ malũ. ¶ Auctoꝛes ponũt ꝙ qñ apa iungiꝛ cũ vulne re vel cũ vlcere tũc apa ipedit curationẽ vulneris ⁊ vlce ris ⁊ ꝓꝰ oꝫ curari apa q̃ꝫ vlcus vel vulnus: curato auteꝫ apate curaꝛ vlcus vel vulnus: g̃ tũc apa ſuꝑuenire vulne ri vel vlceri eſt malũ cũ ipedit curã eius. Amplius auteꝫ due egritudines nãm magis moleſtant q̃ꝫ vna. Cum g̃ qñ apa iungiꝛ cũ vulnere ſint due egritudines: magis g̃ moleſtaꝛ nã a vulnere ⁊ ab apate q̃ꝫ ſi ibi eẽt ſolũ vulnus eſt g̃ nõ bonũ ſuꝑuenire apa vulneri vel vlceri: imo ma luꝫ. ¶ Ad ꝓmã dubitationẽ eſt dõm ꝙ vulnera in q̃bꝰ oꝫ ꝙ vehemẽs fiat doloꝛ ⁊ apa ſunt vulnera q̃ cadũt i extre mitatibꝰ ⁊ in finibus lacertoꝝ neruoſoꝝ: ſicut Aui. dicit ⁊ talia vulnera q̃ cadũt in extremitatibꝰ lacertoꝝ ſunt ſi cut vulnera q̃ fiunt i fine q̃ſi iũcturaꝝ. ſicut ſunt illa q̃ ac cidũt tribꝰ. ꝫ. ſupꝛa genu vel ifra genu ⁊ ſicut ſũt illa q̃ ac cidũt ſupꝛa iũcturã manus: ⁊ ſic de alijs ꝯſimilibꝰ. ¶ Itẽ etiã vulnera in q̃bꝰ oꝫ vt vehemẽs fiat doloꝛ ſũt illa q̃ ac cidũt in neruis ſicut punctura in neruo ⁊ iciſio ipſiꝰ ꝑ trãſ uerſum ⁊ etiã vulnera q̃ cadũt in mẽbꝛis in q̃bus ſũt ner ui ⁊ choꝛde vel in mẽbꝛis vicinis his membꝛis. Iterũ ẽt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

talia vulnera ſunt vulnera q̄ fiunt in capite cū cōtuſione ⁊ fractura oſſis. ¶Cā aūt q̄re in oībus iſtis dʒ fieri vehemēs dolor eſt rōne ſenſibilitatis membri: nā q̄zto vulnus fit in mēbro ſenſibiliori tāto cōſeqtur ipʒ maior dolor: rōne aūt maioris doloris ꝯſeqꝛ apa magis ī his q̄z in alijs: qꝛ dolor exacuit reuma: ⁊ dr̄ a Gal. ī teg. ⁊ dī ēt ī illo de īgenio ſani. ꝙ nihil ē cā apatis ſicut dolor. Sic ḡ appet ꝙ in his vulneribꝰ dʒ ſeq vehemēs dolor ⁊ apa. ¶Ad ſcdm aūt qđ q̄rit. ſ. vtrū apa accidere ī vulneribꝰ taliū mēbrorū ſit bonū. Dōm ē ꝙ duplr̄ pōt itelligi ꝙ apa ſupueniat vulneri iſtoꝝ mēbroꝝ. Vnoꝰ pōt itelligi ꝙ apa ſupueniat vulneri hͦ ē ꝙ totū vulnꝰ apeꝛ ita ꝙ ptes mēbri in q̄ eſt vulnꝰ itriſece ⁊ extriſece ⁊ ēt circūſtātes apent. Et ſi ſic itelligaꝛ ſic dico ꝙ apa ſupuenire vulneri vel vlceri ē malū p viā ſigni: ⁊ p viā cāe. Per viā ſigni qꝛ ſignificat māʒ diſpgi p neruos: hͦ aūt ē malū. ¶Iteꝝ ēt ē malū p viam cāe: qꝛ rōne apatis ibi gn̄aꝛ maior moleſtia ⁊ gn̄aꝛ ēt ibi extēſio in neruo ⁊ replō: vnde pōt cāri ſpaſmꝰ: hͦ aūt ē malū ī vulnere: ⁊ de tali apate arguūt argumēta pdcā ꝙ nō ē bonū ipm ſupuenire vulneri ſic̄ appet ſubtilr̄ ituēti. Alioꝰ pōt itelligi qđ apa ſupueniat vulneri hͦ ē ꝙ tumor appareat ī ptibꝰ circūſtantibꝰ vulneri ⁊ id apa apparē in vulnē taliū mēbroꝝ ē ſignū bonū: ⁊ ipʒ nō appere eſt ſignū malū. ¶Dico tn̄ ſignāter ī vulnere taliū mēbroꝝ: qꝛ ī vulnē carnoſo ſimplici q̄cūqꝫ tumor appeat tibi nō ē bonū: eo ꝙ ipedit curā ſimplicē eiꝰ: ſʒ ī vulnē taliū mēbroꝝ talis tumor apparēs ē ſignū bonū. Nā talꝭ tumor qn̄ apparet ī ptibꝰ exterioribꝰ circūſtātibꝰ ſignificat māʒ ⁊ hūiditates venire ad ptes exteriores ⁊ nō diſpgi p mēbra interiora: vn̄ ſignificat ſecuritatē ſpaſmi ⁊ pmixtiōeʒ rōnis ⁊ ēt ſignificat ſecuritatē apatis ī neruo ī quo ē maximꝰ timor: ⁊ iō tale apa apparē ī vulnē eſt bonū. Et hͦ ē qđ dicē Hyp. ī vna pticula affo. Quibuſcūqꝫ tumores ī vulneribus apparēt nō valde ſpaſmanꝛ neqꝫ iſaniūt ⁊c̄. Qn̄ aūt talis tumor nō appet tūc ſignificat nocumētū itriſecū ad qđ ꝯuertunꝛ māe ⁊ nō pueniūt ad vulnꝰ: vt dicit Aui. Et iō tūc ē dubiū de ſpaſmo ⁊ pmixtiōe rōnis ⁊ apate nerui ⁊ alijs malis accn̄tibꝰ: pp qđ talē tumorē nō appere ī vulnere ē malū. Et hͦ ē qđ dicit Hyp. ī eadē pticula. Si ī vulneribꝰ magnis ⁊ fortibꝰ tumor nō appareat magnū malū: laxa bona: cruda mala. Et d tali apate itelligit Aui. cū dic̄ ꝙ ipʒ n̄ apparē ē malū. Argumēta aūt ī ꝯtrariū arguunt de apate itelligēdo alio mō: vt dcm̄ ē. Deīde cū dicit.

¶Et oʒ vt tu obſues illō qđ dicemꝰ ī ca. vlceꝝ: de iudicijs ī qbꝰ cōicant vulnera: ⁊ vlcera: ⁊ poſt poſuimꝰ ea vſqꝫ illud attēdētes ad illud qđ eſt conueniens.

¶In pte iſta Aui. poſtq̄z poſuit q̄dam īdicia mortꝭ ⁊ piculi vulneꝝ put fiūt ī q̄buſdā mēbris oñdit hic ꝙ q̄dā ſunt etiā alia indicia vulneꝝ obſeruāda, q̄ q̄dē indicia qꝛ cōia ſūt vlceribꝰ ⁊ vulneribꝰ poſtpoſuit ea dicēda ī tractatu vlceꝝ: ſūt ḡ ibi regrēda. Que aūt ſint iſta īdicia in qbꝰ cōicēt vlcera ⁊ vulnera, apparebit ī tractatu vlceꝝ: nā multa ſūt indicia de vlceribꝰ q̄ q̄dē poſſūt applicari vulneribus ⁊ quo ad theoricā ⁊ q̄ ad practicā ſm ꝙ ibi apparebit. Dicit ḡ Aui. Et opʒ vt tu obſerues ⁊c̄. ⁊ poſt poſuimꝰ ea. ſ. vſqꝫ ad tractatū de vlceribꝰ attēdētes ad id qđ ē ꝯuenientꝰ qꝛ magis ꝯueniēs fuit ea tradere ibi q̄z hic: ⁊ hoc iō qꝛ forte magis erat neceſſariū declarare illa iudicia in vlceribꝰ q̄z ī vulneribꝰ vel forte qꝛ illa iudicia magis appropriant vlceribꝰ q̄z vulneribꝰ licʒ ēt poſſint applicari vulneribꝰ: ⁊ iō ꝯueniētiꝰ fuit ea tradē ibi q̄z hic: hͦ āt totū meliꝰ appebit qn̄ exponemꝰ illū tractatū ſi deꝰ voluerit.

¶Sermo vlīs de cura vulneꝝ. Cap. iij.

Vlnꝰ carnoſū nō eu̇aꝛ qn̄ aut ſit ſectio plana recta aut ſectio rotūda aut habens latera: aut ſectio cum diminutiōe aliquātule carnis: ⁊ qn̄qꝫ ē profūdum penetrās ⁊ qn̄qꝫ diſcoopertum.

¶Supius Aui. poſuit quādā ſūmā de īdicijs mortis ⁊ piculi q̄rūdā vulneꝝ. In iſta pte exeqtur de vulneribꝰ ſpāliter ponēdo curā pdictoꝝ: ⁊ ī iſto ca. pncipalr̄ itēdit ponere curā vulneꝝ carnoſoꝝ nō penetrātiū: lʒ aūt Auic. hͦ faciat aliquā mētionē de vulneribꝰ q̄ fiūt ī neruis: tn̄ hͦ n̄ facit p ſe hic: cū poſtea de vulneribꝰ neruoꝝ Auic. faciat quēdā tractatū. Diuidiꝛ aūt id caplm̄ ī ptes duas. In pª pte Aui. ponit curā cōplete vulneꝝ carnoſoꝝ non penetrātiū ī qbꝰ vulneribꝰ nō ē magnus timor. In ſcda parte Aui. tāgit aliqd de cura vulneꝝ mēbroꝝ neruoſoꝝ in q̄bus: ē magnꝰ timor licʒ hͦ faciat Aui. icidentalr̄ ⁊ nō p ſe vt dictū ē. 2ª ibi. (Et de vulneribꝰ ſūt q̄dā habentia timorem.) Circa pmā ptē Aui. ponit curā vulneꝝ carnoſoꝝ. Et duo facit: qꝛ pmo ponit quādā diſtinctionē vulneruʒ carnoſoꝝ. in 2ª pte exeqtur curā illoꝝ. 2ª ibi. (Et vnicuiqꝫ eſt regimē.) Dicit ḡ pmo vulnꝰ carnoſum ⁊c̄.

Sed circa iſtā ptē ſūt tria itelligēda. Primū eſt itelligēdū circa rubricam Aui. ¶Nā Auic. dicit ī ſua rubrica ꝙ iſte ſermo ē ſermo vlīs de cura vulneꝝ. Nō enī iſte ſermo vr̄ vlīs cū Aui. tāgat hic ī ſpāli curā oīum vulneꝝ carnoſoꝝ ⁊ nō facit aīn plius ī ſequētibꝰ aliđ caplm̄ ſpāle de cura ipſoꝝ. Dōm ē ad hͦ ꝙ qn̄ Aui. dicit ꝙ iſte ſermo ē vlīs nō dʒ intelligi ꝙ ſit vlīs: vt qꝛ poſtea faciat alia capl̄a ſpālia de cura iſtoꝝ vulneꝝ: ⁊ iſtud caplm̄ ſit ſolū ſicut vlē ad illa: imo itelligēdo illo mō ille ſermo ē ſpālis de cura vulneꝝ carnoſoruʒ: ⁊ pp hoc dixi ī diuidēdo itelligēdo iſto mō ⁊ ꝙ Aui. exequiꝛ hic de cura vulneꝝ ſpālr̄: ſed pōt intelligi ꝙ iſte ſermo ē vlīs: qꝛ ī iſto ca. Aui. tāgit de cura oīuʒ vulneruʒ carnoſoꝝ: ⁊ ēt tāgit aliqd de cura vulneꝝ neruoſoꝝ: qꝛ ḡ tāgit aliqd de cura oīum vulneꝝ carnoſoꝝ ⁊ ēt aliqd de cura vulneꝝ neruoſoꝝ: iō pōt dici iſte ſermo vlīs: qꝛ de oībꝰ vulneribꝰ tāgit aliqd licʒ non tractet de eis ſolūmō vlr̄: imo tractet ēt de eis mō ſpāli. ¶Vel poſſet dici iſte ſmo vlīs: qꝛ q̄zq̄z Aui. in iſto ca. determinat ſpālr̄ de cura vulneꝝ carnoſoꝝ: nihilominꝰ tn̄ Aui. ēt ī iſto ca. ponit q̄ndā curā cōeʒ oībꝰ vulneribꝰ carnoſis: ⁊ nō ſolū ē cōis oībus vulneribꝰ carnoſis: imo ēt oībꝰ vulneribꝰ ſʒ ꝙ poſt ſtatiʒ videbiꝛ: qꝛ ḡ hic Aui. ponit canones gn̄ales curationis vulneꝝ ⁊ ſpāles: iō pōt dici iſte ſmo vlīs ſm qđ dicit rubrica Aui. ¶Scdm qđ ē itelligēdū circa iſtā ptē ē d diffinitiōe vulneris. Circa hͦ aūt breuiꝛ itellige q̄d ē vulnus nā vulnꝰ ē ſolō ꝯtinui manifeſta ex recēti tpe fcā. In hoc qđ dr̄ ſolutio ꝯtinui tāgiꝛ genꝰ ipſiꝰ vulneris: ī hͦ āt qđ dr̄ manifeſta tāgiꝛ dr̄ia vulneris p quā differret ab attractione ⁊ ꝯtuſione ⁊ ſilibꝰ: nā attractio ⁊ ꝯtuſio ⁊ ſimilia ſūt ſolutio ꝯtinui ex recēti tpe facta: ſed nō ē ī eis ſolutio continui manifeſta: imo qn̄ ſit ī eis ſolutio ꝯtinui manifeſta dicimꝰ ꝙ ē ibi attractio cū vulnere: bene ḡ dcm̄ ē vulnus eſt ſolutio ꝯtinui manifeſta: ī hͦ aūt ꝙ ē ex recēti tpe facta tāgiꝛ dr̄ia ipſiꝰ vulneris ad vlcꝰ: nā vlcus bene ē ſolutio cōtinui manifeſta: ſed nō ex recēti tpe facta: imo qn̄ vulnꝰ antiquatū ē ⁊ nō cōſolidaꝛ: ſed iā facit ſaniē ⁊ pus tūc nō ampliꝰ dr̄ vulnꝰ ſʒ vlcꝰ: ⁊ iō vlcus dr̄ plaga putrida: vulnus aūt dr̄ plaga recēs. Apparet ḡ dictā diffōnē aſſignataʒ eē bonā. ¶Tertiū qđ ē itelligēdū circa hāc ptem ē de diſtinctiōe vulneꝝ. ¶Propter qđ intellige ꝙ vulnꝰ pōt diſtigui ⁊ diuidi mltis modis. Nā vnoꝰ diſtinguiꝛ vulnꝰ ex pte ſui: alioꝰ diſtinguiꝛ put cōparaꝛ ad mēbrū. Diſtinguiꝛ aūt ex pte ſui iſto mō: qꝛ vulneꝝ aliđ eſt ſimplex. aliud eſt cōpoſitū. Vulnꝰ ſimplex eſt: vt dicit Gal. 3ͦ de ige. ſani. cui nō aſſociaꝛ aliꝰ morbus vel aliud accn̄s: vel alia cauſa. Vulnus aūt cōpoſitū ē cui aſſociaꝛ alius morbus ſicut eſt vulnus cui aſſociaꝛ apa aut mala cōplō aut ꝯtuſio

at diminutio carnis vel cutis: vulnꝰ .n. qđ ē cū diminutio
ne carnis vel cutis ē vulnꝰ cōpoſitū: ⁊ ē ī eo duplex ītētio
curādi ſicut apparet ꝑ Gal. in teg. ⁊ 3ᵒ de ige. ſani. aliud
accñs ſicut ē vulnꝰ cui aſſociat̃ dolor. Alia cā ſicut vulnꝰ
qđ iā ē alteratū ab aere. Nā ſtati qñ vulnꝰ alterat̃ ab aere
fit ꝯpoſitū ⁊ nō ãpliꝰ curat̃ vulnꝰ vt ſimplex: imo curat̃
vt vulnꝰ cōtuſiui. ſ. ꝑmo cū empl̃is digeſtiuis donec fiat
pus: ⁊ poſtea cū mūdificatiuis ſaniei: ⁊ vltimo cū exicca-
tiuis ſicut apparet ꝑ Albu. ca. de vulneribꝰ. Hec ē ḡ diſti
ctio ex pte ſui. ſ. ꝙ vulnerū aliđ ē cōpoſitū ⁊ aliđ ſimplex.
¶ Intellige ꝙ iſta diſtictio vulneꝝ ē magis eētialis ⁊ ge
neralis oī alia ⁊ ad ipſam oēs ſpēs vulneris reducūtur.
Diſtiguit̃ aūt vulnꝰ alio mō ī cōparatiōe ad mēbrū. Et h̃
eſt dupl̃r: vel cōparādo ipȝ ad diuerſitatē mēbroꝝ ⁊ tūc
diſtinguit̃ vulnꝰ: qꝛ vulnꝰ aliđ ē neruoſū: aliđ ē carnoſuȝ
aliđ ē oſſuoſū: ⁊ aliđ ē qđ fit ī mēbris exterioribꝰ: aliđ autē
eſt qđ penetrat vſqȝ ad mēbra īteriora. ¶ Uel diſtinguit̃
vulnꝰ ī cōparatiōe ad vnū mēbrū. Et h̃ ē multipl̃r: qꝛ qñ
qȝ diſtinguit̃ rōne figure quā recipit ī mēbro. Nā qđdaȝ
ē vulnꝰ qđ eſt ſectio plana recta: aliđ ē vulnꝰ rotūdū: ali-
ud āt hñs latera: qñqȝ autē diſtinguit̃ rōne eiꝰ qđ aufert̃
ideſt a mēbro: nā quoddā eſt vulnꝰ qđ ē cum diminutio-
ne carnis vel cutis: qñqȝ aūt diſtinguit̃ rōne ſupficiei vel
ꝓfunditatis mēbri: nā vulnꝰ qđdā eſt in ſupficie mēbri di
ſcoopertū: qđdā eſt ꝓfundū ⁊ cōcauū in mēbro. He ergo
ſunt diſtinctiōes ⁊ diuiſiōes quas pōt recipere vulnus.
¶ Aui. tñ h̃ n̄ pōit oēs iſtas diuiſiōes vulneꝝ: ſȝ p̃ſuppōit
ꝑmā diſionē. ſ. ꝙ vulneꝝ aliđ ē ſimplex aliđ ē cōpoſitū: ⁊
p̃ſuppōit ēt ſcđaȝ diſionē q̄ ē penes diuerſa mēbra. ſ. ꝙ vul
nus aliđ ē carnoſū ⁊ aliđ ē oſſuoſū ⁊c̃. Et tūc iſtis diſioni
bus p̃ſuppoſitꝪ diuidit Aui. vulnꝰ carnoſū penes alias diſi
ones: diuidit ḡ pᵒ vulnꝰ carnoſū a pte figure quā recipit in
mēbro dicēs: vulnꝰ carnoſū nō euacuat̃ qn aut ſectio pla
na ſit recta: ꝑ ſectionē planā rectā ītelligit ſectionē q̄ ꝓce
dit ī lōgū ſm rectā lineā: aut ſectio rotūda: ꝑ ſectionē ro-
tūdā Aui. nō ītelligit ſectionē q̄ fit rotūda ꝑ ablationē car
nis ⁊ cutis ⁊ ex vulnere ſm figurā rotūdā: ſȝ ītelligit ꝑ ſe
ctionē rotūdā qñ labia vulneꝝ ita elōgant̃ abiuicē ꝙ fi-
gura vulneꝝ fit rotūda: vñ ⁊ h̃ ſectio rotūda pōt fieri ſine
diminutiōe carnis: qꝛ fit ſolū ꝑ multā elōgationē labioꝝ
adinuicē. Et ꝙ h̃ ſit de ītētiōe Aui. appebit meliꝰ: poſtea
qñ ꝓſequet̃ de ſpēbꝰ iſtoꝝ vulneꝝ: aut hñs latera ꝑ ſectio
nē hñtē latera ītelligit ſectionē q̄ ē ſm figurā triāgulareȝ
vel q̄drāgularē: vel ſm aliā figurā q̄ nō ē circularē. Et ſi-
milit̃ intellige ꝙ Aui. ītelligit hic ſectionē hñe latera nō
ꝑp diminutionē carnis: ſed ēt ꝑp elōgationē labioꝝ dato
ꝙ diminutio nō ſit vel ſit pauca de q̄ nō ſit curādū. Et iō
nota ꝙ labia vulneꝝ aut mltū elōgant̃ abinuicē ⁊ vtrū-
qȝ elōgat̃ ab alio. ⁊ tūc vulnꝰ fit figure rotūde: qꝛ labia ꝑp
multā elōgationē abiuicē arcuant̃: vñ fit figura rotunda.
aut labia vulneris nō mltū elōgant̃: ⁊ tūc fit īde figura la
teral̃. Aut ſectio cū diminutiōe aliquātule carnis. Hic aui.
īnuit aliā diſionē vulneris carnoſi rōne eiꝰ qđ aufert̃ ex
mēbro. Innuit .n. ꝙ vulnꝰ qđdā ē cū diminutiōe carnis ⁊
qđdā ē ſine diminutiōe carnis. Et expone id qđ dic̃ cum
diminutiōe aliquātule carnis. i. cū diminutiōe alicuiꝰ q̄n
titatꝪ carnis. Et ītellige ꝙ tāta q̄ȝtitas ſit ablata vt reddat
vulnus cōpoſitū: qꝛ ſi eēt paꝝ ablata de q̄ nō eēt curāduȝ
tūc vulnꝰ nō ꝑp h̃ diceret̃ cōpoſitū: imo ēt curaret̃ vt ſim
plex. ſ. ligādo ⁊ ſuēdo: vt poſtea dicet̃. ¶ Et vr̃ ēt Aui. ꝑ id
qđ ponit h̃ cū nō ponat niſi vnū mēbrū iſtiꝰ diſiōis dare ī
tellige ꝙ oīa mēbra p̃dcē diſiōis q̄ ē ſm figurā vulneris
reponātur ſub altero mēbro iſtiꝰ diſiōis. ſ. ſub vulnē ſim-
plici qđ ē ſine diminutiōe carnis. ¶ Et qñqȝ ē ꝓfundū pe
netrās. Hic Aui. pōit aliā diſionē vulneꝝ carnoſi q̄ attē-
dit̃ penes ſupficiē ⁊ ꝓfunditatē mēbri. Dicit ḡ. Et qñqȝ ē
ſcȝ vulnꝰ ꝓfundū penetrās: ego nō ītelligo h̃ penetrās ad
membra īteriora: qꝛ ī iſto ca. nō dterminat de vulneribus
penetrātibꝰ cū in ſequētibꝰ faciat qđdā capl̃m ſpeciale d
ipſis: ſed ītelligo penetrās: vt qꝛ vulnꝰ penetret multū in
ꝓfunditatē mēbri ſicut ſūt vulnera cōcaua ꝓfunda vl̃ ſit
vulnꝰ abſconſum latēs ſicut ſūt vulnera q̄ hñt abſconſio
num ⁊ cauernaꝝ. Et qñqȝ ē diſcoopertū. i. apparēs exñs
in ſuperficie mēbri. Tūc ſequitur illa pars.

¶ Et vnicuiqȝ eoꝝ ē regimē: ⁊ cōicāt oīa ī retētiōe ſanguīs currētis ⁊ iā poſuimus ad illud ca. ⁊ fortaſſe curſus ſanguis quātitate tēperata cōfert vulneribꝰ: ⁊ ꝓhibȝ apoſtema ⁊ opilationeȝ ⁊ febrem.

¶ In q̄ pte Aui. poſtq̄ȝ poſuit q̄ſdā diuiſiōes vulneꝝ car-
noſoꝝ exeq̄tur curā illoꝝ. Et diuidit̃ hec ps ī duas: in ꝑma
pte ponit q̄ȝdā curā ī gñali reſpcū oīuȝ p̃dcōꝝ vulneruȝ
in 2ª pte ponit curā vulneꝝ p̃dcōꝝ ī ſpāli. 2ª ibi. (Cū ḡ eſt
ſectio plana recta.) Prima ps diuidit̃ ī ptes duas. in pª pte
ponit id regimē qđ ē vl̃e oībꝰ vulneribꝰ. in 2ª pte ꝓbat qđ-
daȝ ſuppoſitū. 2ª ibi. (Nā de melioribꝰ.) Dic̃ ḡ. Et vnicui-
qȝ eoꝝ. i. p̃dictoꝝ vulneꝝ carnoſoꝝ ē regimē. i. ē cura ꝓpa
quā dicet poſtea Aui. Et cōicāt oīa ⁊c̃. i. ⁊ canon cōis cure
oīuȝ vulneꝝ ē reſtigere ſanguinē decurrētē ex vulnere.
Iſta ḡ ītētio q̄ eſt reſtringere ſanguinē eſt cōis ī oī vulnē
¶ Ulteriꝰ ex h̃ ſeq̄t̃ cū iſta ītētio ſit cōis ⁊ cōis ītētio p̃cedat
ſpālē ꝙ pª ītētio ī vulnere ē reſtrigere ſāguinē currēteȝ.
Et iā poſuimꝰ ad iſtđ. ſ. ad reſtrigēdū ſanguinē capl̃m ꝓ
priū. ſ. ī 2ᵒ tractatu ſeq̄nti: nō ḡ ē neccīuȝ h̃ ponere medici
nā ad ꝯſtrictionē ſāguis: ſȝ ī ca. ꝓpo regratur. Et fortaſſe
curſus ſanguis. Hic Aui. modificat ⁊ diſtiguit magis p̃-
dictū canonē dicēs. Et fortaſſe curſus ſāguis ⁊c̃. q̄ſi velit
dicere ꝙ cū dcm̄ ē ꝙ pª ītētio in vulnere ē reſtrigere ſan
guinē: id dȝ ſic ītelligi ꝙ pª itentio ē reſtrigere ſanguinē
ſi ſupfluerit: ſi aūt nō ſupfluerit: tūc nō dȝ reſtrigi: imo flu
xus ipſiꝰ ꝯfert vulneribꝰ: qꝛ prohibet apa ⁊ opilationem
⁊c̃. ⁊ h̃ ē ēt qđ Gal̃. dic̃ ī li. de ige. nā ſi ex vulnere mana-
uerit ſāguis vulnꝰ ⁊ circūſtātie vulneris minoris erunt
timoris. Et ex h̃ qđ dicit h̃ Aui. appet ꝙ qñ dr̃ ꝙ ꝑma in
tētio ⁊ cōis ī vulnere ē reſtriger e ſāguinē id dȝ modifica
ri cū h̃ addito. ſ. ꝓhibere apa ſtati. mūdificat̃ h̃ ꝙ dico re
ſtrigere ſanguinē: nā dȝ ſic reſtrigi vt nō oriat̃ apa. Uñ n̄
dȝ reſtrigi niſi fluat nimis: nā fluxꝰ ipſiꝰ nō multū nimis
cōfert vulneribꝰ eo ꝙ ꝓhibet apa. Apparet ḡ ex h̃ ꝙ cōis
itentio ⁊ pª ī vulnere ē reſtrigere ſāguinē ⁊ ꝓhibē apa.
Reſtrictio aūt ſanguis fit cū medicis ſuis dcis in ca. ſuo
ꝓhibitio aūt apatis fit cū euōne ſāguis ex toto corpe per
flomiā ſpāl̃r ſi ex vulnere paucꝰ ſāguis manauerit: ⁊ nō
ſolū ſuffic̃ flomia: imo aliqñ dȝ vulnꝰ ſcarificare vt egre
diat̃ ſanguis ibi retētꝰ ne faciat apa: fit ēt cū dieta tenui et
abſtinētia a carne ⁊ vino ⁊ cibariјs groſſis: ⁊ declinet ci-
bus eiꝰ ad acetoſitatē ſic̃ dicit Raſis. Fit ēt ꝓhibitio apa-
tis cū medicinis localibꝰ q̄ ꝓhibēt ⁊ repellūt mām ex lo-
co ſicut albugo oui: ⁊ fit ēt cū his q̄ mitigāt doloreȝ: qꝛ ni
hil ē cā apatis ſic̃ dolor: vt dr̃ in de ige. ſani. Sic ḡ ſi dolor
eſt ī vulnere ꝑp ſolōnē cōtinui dȝ mitigari ne oriat̃ apa ⁊
ſed nō dȝ mitigari cū pultibꝰ mollitiuis ſic̃ facit ſecta ſto
lidoꝝ cirugicoꝝ q̄ ī oī vulnere īdifferēter has pultes mi
niſtrāt. Quidā eni ſtolidi medici dicūt nullā medicinaȝ
vtiliorē fore vulneribꝰ his pultibꝰ mollitiuis: qm̄ dicunt
iſti iſte pultes digerūt ⁊ mitigāt dolorē atqȝ ꝯfortāt ⁊ mū
dificāt ⁊ cōſolidāt: ⁊ vulnera ēt cōcaua replēt. Sȝ hoc qđ
ipſi dicūt falſiſſimū ē ⁊ erroneū: qđ maxie appet ꝑ Gali.
in tegni. ⁊ ēt ī de ige. ſani. ꝙ oē vulnꝰ inq̄ȝtū vulnꝰ exicca
ri dȝ ⁊ ꝑ medicinas exiccātes curat̃. ypoc. ēt dicit ꝙ nllm
vulnꝰ inq̄ȝtū vulnꝰ īdiget humefieri ⁊ ꝙ ſiccū ē vicinū ſa
no. humidū vero nō ſano. tales ḡ pultes mollitiue ſi ad
miniſtrent̃ ī vulneribꝰ q̄ ſola vulnera ſūt nihil aliud faci
unt niſi ꝙ putrefactōeȝ ī eis gñant. Iteꝝ ēt ſi admiſtrent̃
ī vulneribꝰ ī qbꝰ īdigemꝰ gñatiōe carnis augmētant ibi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

putrefactionē ⁊ ſaniē: cũ gñatio carnis fiat p̄ exiccãtia ſʒ ꝙ plane vult Gal'. in de ige. ſani. Et Aui. ēt poſt idē dicit. ſanies aũt augmētata i eis p̄l's ea cõcauat: q: ſanies cũ ſit nitroſa ⁊ ſalſa: vt Gal'. dicit in de ige. ſanita. ē corroſiua et diminutiua carnis: tales ḡ pultes mollitiuas admiſtrare idifferenter i qbuſcũqʒ vulnerib⁹ peſſimũ ē ⁊ erroneum: ſed ſolũ tales pultes cõueniũt i vulnerib⁹ cõtuſiuis ⁊ alteratis ab aere: eo ꝙ i talib⁹ oʒ reſoluere ⁊ aperire et ſaniē gñare cũ nõ curenˀ iquãtũ vulnera ſũt: ſʒ inquãtũ cõpoſita: hoc aũt faciũt pultes mollitiue: gñata aũt ſanie nõ amplí⁹ debēt ibi admiſtrari: imo poſtea cõpetunt medicine mũdificãtes ⁊ exiccãtes. Iteꝝ ēt tales pultes mollitiue cõpeterēt i vulnerib⁹ apoſtemoſis ſi i pricipio apatis: ſʒ qñ apa iaʒ intãtũ ꝓceſſit ꝙ nõ pōt reſolui ⁊ retrocedere ſine generatiõe ſaniei i vulnere: i aliis aũt vulneribus ⁊ maxie vulnerib⁹ q̄ curãtur vt ſola vulnera iſte pultes mollitiue peſſime ſũt. ¶Mitigatio aũt doloris q accidit in vulnerib⁹ ſimplicib⁹ pp ſolutionē cõtinui ⁊ pp fluxum hu. ad locũ nõ dʒ mitigari vt euiteˀ apa cũ pultib⁹ mollitiuis ſic illi faciũt idifferēter i quocũqʒ vulnere: ſʒ dʒ mitigari cũ eis q̄ fluxũ ꝓhibēt ⁊ nõ putrefaciũt ſicut ē rodoleon iunctũ in circuitu vulneris cũ albugine oui ⁊ cõſimilib⁹ repcuſſiuis exiccatiuis: pultes aũt mollitiue cõpetũt ſolum in caſibus dictis. Tunc ſequitur illa pars.

¶Nam de melioribus cũ qbus intendimus i vulneribus ē vt ꝓhibeamus eoꝝ apationem: qm̃ qñ nõ accidit apoſtema poſſe eſt vt eius fiat curatio: verũ cũ illic eſt apoſtema aut attritio aut contuſio aggregaˀ in vacuitate eius cũ vulnere ſanguis q vult fieri apa aut pus ⁊ nõ eſt poſſibilis curatio vulneris: ⁊ dum nõ preparatur illud: tũc cureˀ apa: ⁊ ſi retineˀ i cõtritiõe ſanguis tũc nõ fit ſecuritas ꝙ ipſius reſolutio feſtinet ſi fuerit ei quantitas de qua ſit curãdũ ⁊ tenſio ⁊ illud cũ conuerſione eius i pus ⁊ reſolutione ipſius: ⁊ illud fit cũ oi calido leui de illis que tu ſcis. Et propter hoc oportet vt adiuueˀ curſus ſanguinis quando abbreuiatur.

¶In pte iſta Aui. ꝓbat qddã ſuppoſitũ pus: dixerat eni i pte pori ꝙ flux⁹ ſanguinis i q̄ʒtitate tpata cõfert vulneribus: ⁊ iõ Aui. vult h̄ ꝓbare h̄: ⁊ in ꝓbãdo hoc Aui. oñdit ēt curã vulneris cõpoſiti: ſic ē vuln⁹ apoſũ ⁊ cõtuſiuũ. Et itendit Aui. i iſta pte ad ꝓbãdũ ꝙ flux⁹ ſanguis confert vulnerib⁹ talē rõnē: oē id qd ꝓhibet apa fieri i vulnere ē bonũ ⁊ cõfert vulneri: ſed flux⁹ ſang. ex vulnere ꝓhibet apa fieri i vulnere: ḡ flux⁹ ſang. ex vulnere ē bon⁹ ⁊ ꝯfert vulneri: iſtius rõnis. Aui. i lr̃a ponit maiorē. p̄mo cũ dicit: Nã de meliorib⁹ cũ qb⁹ itēdim⁹. p hoc. n. elicit ꝓpõnē maiorē. ſ. illd ē bonũ ⁊ cõfert vulneri qd prohibet apa fieri i vulnere. Deide Aui. declarat iſtã ꝓpoſitionē maiorē cum dicit: qm̃ qñ no accidit apa: ⁊ i declarãdo h̄ Aui. oñdit q ſũt illa q̄ ipediũt curã vulneris ⁊ faciũt vuln⁹ cõpoſituʒ. Dicit ḡ: bñ dcm̃ eſt ꝙ id qd ꝓhibet apa in vulnere ē bonũ: qm̃ qñ nõ accidit apa ſupple i vulnere poſſe ē vt fiat ei⁹ curatio. i. ei⁹ cõſolidatio ⁊ icarnatio cũ medicis exiccatiuis. Veꝝ cum illic eſt apa aut cõtritio aut contuſio aggregaˀ in cõcauitate ei⁹ ſanguis q vult fieri apa aut pus hoc ē dicere ꝙ qñ ſupuenit vulneri apa tũc h̄ ē pp defluxum hũoꝝ ad cõcauitatē vulneris: vñ illi hũores defluxi ad vuln⁹ ⁊ ibi cõgregati faciũt apa: ⁊ h̄ itēdit Aui. cum dicit: aggregaˀ i cõcauitate ei⁹ ⁊c. q vult fieri apa: qñ aũt ſupuenit vulneri cõtuſio: tũc pp cõtuſionē q̄ ſanguinē cõculcat i loco aggregaˀ in ꝯcauitate vulneris contuſi ſanguis q vult fieri pus. i. ſanies: nã oē cõtuſũʒ putrefit ⁊ i ſaniē ũtiˀ: vt dicit Gal'. in de ige. ſani. ⁊ h̄ vult dicere Aui. cũ dicit: aut pus: q: id refereˀ ad cõtuſionē: ⁊ non ē poſſibilis curatio vulneris. ſ. dũ ſupuenit vulneri vel contuſio ⁊ dũ nõ ē id. ſ. poſſi curatio vulneris ſupple pp apa: tũc cureˀ apa. ſ. p̄us: q: nõ pōt curari vuln⁹ niſi p̄us cureˀ apa. Et ſi retineˀ i ꝯtritiõe ſa. q̄ſi velit dicere Aui. ⁊ ſi ꝯtritio vl' cõtuſio ſupueniat cũ vulnere ⁊ pp ꝯtritionē retineaˀ. i. cõculceˀ ſãguis i vulnere ⁊ i ptib⁹ circũſtãtib⁹: tũc nõ fit ſecuritas qn ipſi⁹ reſol'o feſtinet ⁊c. q̄ſi velit dicere Aui. tũc nõ ſum⁹ ſecuri volēdo vuln⁹ curare cura ꝓp̄a. ſ. incarnare ipſũ cũ medicinis exiccãtib⁹ ꝙ feſtinãter talis ſãguis reſoluaˀ ita ꝙ ꝯſolidato vulnere vel aliqñ ante ꝯſolidationē talis ſanguis a nã reſolut⁹ ſit: ⁊ nõ ſit neċe itendere ad curã ipſi⁹ cũ aliis medicinis: ſi fuerit ei q̄ʒtitas de q̄ ſit curãdũ ⁊ tēſio. ¶Addit aũt h̄ Aui. ꝙ ſi ſãguis i vulnē cõtuſus fuerit pauc⁹: vt q: ꝯtuſio q̄ ē cũ vulnere fuerit pauca de q̄ nõ ſit curãdũ: tũc talis ꝯtuſio nõ ipediret curam ſimplicē vulneris: q: talis ſãguis p ſe reſolueret a nã per poros: cũ ſit pauc⁹: ſʒ ſi talis ſãguis ꝯtuſus fuerit aliq̄ q̄ʒtitatis ⁊ tuſiõis de q̄ ſit curãdũ: tũc nõ pōt reſolui a nã p poros. Impedit ḡ tũc talis ꝯtuſio cõſolidationē vulneris ⁊ curationē ipſi⁹ ſimplicē: q: neċe eſt talē ſanguinē cõtuſum putrefieri ⁊ i ſaniē verti: ḡ tũc ſi fuerit ꝯtuſio cũ vulnere: cuʒ dicit: ⁊ iſtud. i. cõtuſio ſupple curaˀ cũ cõuerſiõe eius ideſt ſãguis in pus. i. i ſaniē ⁊ reſol'õnē ipſi⁹: ⁊ id. ſ. cõuerſio talis ſãguis ꝯtuſi i ſaniē: ⁊ reſol'o ipſi⁹ fit cũ oi calido leui de illis q̄ tu ſcis. i. q̄ tu ſcis i cap'lo ꝯtuſiõis. Impedit ḡ cõtuſio curationē vulneris: q: vuln⁹ curaˀ p exiccãtia. cõtuſio aũt p cal'a mollitiua. ¶Ex dictis ḡ appet declaratio ꝓpõnis maioris p̄dicte. ſ. ꝙ oē qd ꝓhibet apa ꝯfert vulneri: q: qñ accidit apa vulneri vel cõtuſio nõ pōt vuln⁹ curari: ⁊ tũc opʒ ſupplere minorē ꝓpõnē. ſ. ꝙ fluxus ſãguis ex vulnere ꝓhibet apa: ⁊ ꝺclaratio h⁹ manifeſta ē: q: ſanguis retēt⁹ in vulnere ē cã tumoris ⁊ apatis: ⁊ tũc concludiˀ cõcl'o declarata: ḡ flux⁹ ſanguis ex vulnere cõfert vulneri. Ex hac aũt cõcl'one declarata Aui. cõcludit vlteri⁹ quãdã aliã cõcl'onē cũ dicit. Et pp h̄ opʒ vt adiuueˀ ⁊c. q: fluxus ſanguis cõfert vulneri: q: ꝓhibet apa: eo ꝙ retentio ipſi⁹ facit oriri apa: ḡ ſi fluxus ſanguis abbreuiaˀ ⁊ nõ egrediˀ q̄ʒtũ oʒ: oʒ vt adiuueˀ curſus ipſius ne oriaˀ apa: adiuuaˀ aũt per fl'omiaʒ ex latere diuerſo ⁊ aliqñ nõ ſufficit fl'omia: ſed opʒ ſcarificare vuln⁹ vt exeat ſanguis ex loco q ibi retentus poſſet facere apoſtema.

Circa dicta aũt oriˀ dubitatio q̄dã: dictũ eni eſt ꝙ qñ apa ſupuenit vulneri: tunc nõ pōt curari vuln⁹ niſi p̄us cureˀ apa: ſed h̄ nõ vr̄ verũ: vr̄ eni dato ꝙ apa iũgaˀ cũ vulnere ꝙ nõ ipediaˀ pp h̄ cura ipſi⁹: ⁊ ꝙ ēt p̄us ſit icipiēdũ a cura vulneris: q: Aui. dicit in p̄mo ꝙ qñ duo morbi ꝯiũguntˀ debem⁹ icipe i curatione ab eo q ē cã alteri⁹: idē ēt dicit Gal'. 4ª pticula de ige. ſani. ſʒ vuln⁹ fuit cã apatis: q: ſi vuln⁹ nõ fuiſſet ibi nõ fuiſſet ortũ apa: ḡ tũc icipiēdũ ē in curatiõe p̄mo a vulnere. Dõm ē ad h̄ ꝙ ſi apa iũgaˀ cũ vulnere icipiēdũ ē primo a cura apatis: ⁊ cã hui⁹ ē quã ponit Aui. i p̄mo. cañ. fen. 4ª q: qñ duo morbi cõiunguntˀ icipiēdũ eſt a curatiõe illius quo exiſtēte ibi nõ pōt alter ſanari: nũc autē exiſtēte apate cũ vulnere nõ pōt vulnus ſolidari: q: donec ē ibi apa ē ibi mala cõplexio ⁊ dolor: donec aũt eſt ibi mala cõpl'o et dolor vuln⁹ ſolidari nõ pōt: quia incarnatio ⁊ cõſolidatio vulneris fit ex coagulatiõe ſanguis in carnem. hec aũt fit a virtute membri ⁊ tēperamēto ſue cõplexiõis exiſtentis in ſanguine in tēperamēto exiſtēte in quãtitate ⁊ qualitate. Si aũt eſt ibi mala cõplexio nõ eſt ibi tpantia ꝯpl'onis mēbri: nec ēt ſanguinis exitus q dʒ coagulari in car-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

neꝫ.Silr͛ ēt rōne doloꝛis fit ibi fluxꝰ hūiditatū nimiꝰ.vñ
⁊ fit ibi diſtēperātia hu.in q̄litate ⁊ q̄ꝫtitate.Sic ḡ vulnus
ſolidari nō pōt donec eſt ibi mala cōplexio ⁊ doloꝛ:⁊ per
ꝯñs ēt nō pōt ſolidari donec ē ibi apā.Incipiēdū ē ergo
in cura ſi mala cōpl'o iungaꝛ cuꝫ vulnere vel apā p̄mo a
cura male cōplexiōis vel apātis:ſimile ēt ē qñ iungitur
cōtuſio cū vulnere vt dicit Aui.in lr͂a:qꝛ nō ē poſ̄is cura-
tio vulneris donec ē ibi cōtuſio:vñ ⁊ oꝫ p̄mo cōtuſionem
curare.Et cā q̄re nō pōt vulnꝰ curari donec ē ibi cōtuſio
eſt:qꝛ cū ibi fit caro ꝯtuſa:⁊ ſanguis ēt cōtuſus i loco ⁊ oē
cōtuſuꝫ neceſſe ē putrefieri ⁊ in ſanieꝫ verti:vt dicit Gal.
4°.de inge.ſanita.iō neceſſe ē vt ibi caro contuſa.⁊ etiaꝫ
ſanguis contuſus in ſaniē vertatur:hoc aūt eſt cōtrariuꝫ
intētiōi curatiōis vulneris:ergo duꝫ eſt ibi cōtuſio ⁊ vul
nus ꝓhibeꝛ a cōſolidatiōe neceſſe ē p̄mo cōtuſioneꝫ cu-
rare.Silr͛ ēt qñ vulnꝰ eſt ab aere alteratū:nā opꝫ ipſū cu
rare ſicut vulnus cōtuſum:alteratio eñi aeris īpedit icar
nationē vulneris:qꝛ ſi ptes ꝯiungantur ⁊ aer remaneat
in ſpacio interioꝛi vulneris recluſus ꝓhibet vnitionem
fieri:qꝛ incarnatio ptiū vulneris fit ꝑ vnitionē ⁊ aſſimila
tionē nutriētis.ſ.ſanguinis ad vtrāqꝫ ptiū vulneris. Si
ergo nutrimētū nō ſuo cōpari miſceaꝛ:tūc nō poterit ibi
fieri aſſil'atio:nec ꝑ ꝯñs cōtinuitatis reſtauratio:cū ergo
aer fit extraneꝰ nō poterit nutrimētū ei cōmiſceri:rema-
nebit ḡ ibi vacuitas īter ptes vbi eſt aer:⁊ ꝑ ꝯñs non fiet
mixtio ⁊ iūctio ⁊ aſſil'atio nutrimēti ad vtrāqꝫ ptē vulne-
ris:ſed nutrimētū.ſ.ſanguis ꝯcidēs a foꝛaminibꝰ mēbꝛi
in locū innālēꝫ.ſ.in vacuitatē illā in qua ē aer coꝛrūpere
tur ⁊ tādeꝫ neceſſariū eſt vt ſanies fiat:⁊ ad hoc etiā adiu
uabit aer ibi recluſus rōne ſue q̄litatis:qꝛ ibi caleſcēs ibi
coꝛrūpeꝛ ⁊ ipſe coꝛruptꝰ coꝛrūpit vehemēs nutrimētuꝫ.
Vñ ⁊ vnitio ptiū vulneris īpediꝛ.Apparet ergo que ſūt
īpediētia curationē vulneris q̄ p̄us oꝫ remouere ⁊ cura
re:⁊ apparēt ēt cauſe illoꝝ.¶Sed ītellige vlteriꝰ ꝙ licꝫ
ſint plurima īpediētia curationē vulneris tñ inter ea eſt
diſtinctio ⁊ diuerſitas:qꝛ lꝫ mala cōplexio ⁊ apā impedi
ant curationē vulneris:qꝛ ipſa donec ſunt ibi vulnus ſo
lidari nō pōt:⁊ ſic incipiēdū a curatiōe ipſoꝝ in intētio-
ne nihilominꝰ tñ in operatiōe mēe q̄ adminiſtraꝛ ad cu
rationē male cōplexiōis ⁊ vulneris ⁊ ad curationē apātꝭ
in ſui p̄ncipio cū hoc qđ eſt cōueniēs iſtis pōt eē cōueni-
ens vulneri:qꝛ cū hoc ꝙ medicina eſt calida vel frigida
vt curetur mala cōplexio vel ꝓhibeaꝛ apā in ſui p̄ncipio
pōt eſſe ⁊ dꝫ eē deſiccatiua:vñ rōne ſue deſiccationis cu-
rat vulnus:rōne aūt caliditatis vel frigiditatis curat cō-
plexionē ꝯtrariā ⁊ reducit eaꝫ ad nālē ⁊ ꝓhibet apā:⁊ iō
remouēdo malā cōpl'onē ⁊ apā curaꝛ ⁊ incarnaꝛ vulnus
lꝫ aliqñ nō faciat hoc ſꝫ ꝯueniat ad gn̄ationē ſaniei ⁊ fiat
vlcus:Sed qñ cōtuſio ē cuꝫ vulnere vel alteratio aeris:
tūc medicina q̄ cōpetit in cura iſtoꝝ nō cōpetit vulneri:
vñ vulnus cū in iſtis đbeat medicina calida ⁊ hūida ad-
miniſtrari:⁊ iō vulnꝰ nūq̄ꝫ amplius pōt incarnari cū cu
ratiōe iſtoꝝ cū deueniat ad ſaniē ⁊ fiat vlcus ⁊ opoꝛteat
poſtea ipſū curare cura vlceꝝ:⁊ iō diuerſitas eſt in hoc i
ter vulnꝰ cōtuſiuuꝫ ⁊ inter vulnꝰ cū mala cōplexiōe i ſui
p̄ncipio:dico aūt in ſui p̄ncipio:qꝛ ſi apā ꝓcedat vltra p̄n
cipiū ⁊ deueniat ad collectionē:tūc medicina q̄ competit
ibi ad generandā ſaniem nō cōpetit vulneri:ſed in p̄nci
pio pōt cōpetere cū in p̄ncipio īdigeat medicina ꝓhibiti
ua ⁊ exiccatiua.¶Tūc his viſis reſtat reſpōdere ad rōnē
qua ꝓbabaꝛ ꝙ ſi apoſtema iungaꝛ cū vulnere ꝙ nō ſit in
cipiēdū a cura apātis:qꝛ dicebamus ꝙ vulnꝰ ē cā apātis
⁊ ab illo ē icipiēdū ſ̄m Aui.qđ eſt cā alteriꝰ. Dōm ꝙ cā ē
duplex:q̄dam eſt cā q̄ remota remoueꝛ effectus.⁊ de tali
cā intelligit Aui.cū dicit ꝙ incipiēdū eſt a moꝛbo q eſt cā
⁊ iō exēplificat ipſe ibi de fe.⁊ opilatione.Alia eſt cā q̄re
mota nō ꝓp hoc remoueꝛ effectꝰ:⁊ de tali cā nō intelligit
Aui.⁊ qꝛ ita ſe hn̄t vulnꝰ ⁊ apā:nā vulnꝰ eſt cā apātis q̄n
tum ad generationē:nō aūt q̄ꝫtū ad cōſeruationē:iō argu
mentū p̄dictū nō cōcludit.Deinde cum dicit.

**¶Cuꝫ ergo ſectio eſt plana recta de qua
nihil cecidit ſufficit in regimine eius ſtri
ctura ⁊ ligatura ⁊ ꝓhibitio ſanguinitatꝭ
⁊ aquoſitatis ab ea:⁊ ꝓhibeꝛ ꝙ aliqua re
rum cooperiat eaꝫ neqꝫ pilus neqꝫ aliud
poſtq̄ꝫ tu conſeruaueris cōplexionē mē-
bꝛi ⁊ ſollicitus fueris ī hoc ne attrahatur
ad mēbꝛū niſi ſanguis naturalis.**

¶In parte iſta Aui.poſtq̄ꝫ poſuit quendā canonem cure
generalē oībus vulneribꝰ:exequiꝛ curā p̄dictoꝝ vulne-
rum carnoſoꝝ i ſpāli ponendo curā ꝓpꝛiā vniuſcuiuſqꝫ
p̄dictoꝝ vulnerū.Et diuidiꝛ iſta ps in ptes q̄tuoꝛ. In pri
ma pte ponit curā vulneris qđ eſt ſectio plana recta.in ſe
cunda pte ponit curā vulneris qđ eſt figure rotunde.In
tertia pte ponit curā vulneris qđ eſt ꝓfundū latēs.in q̄r-
ta parte ponit curā vulneris qđ eſt cū diminutiōe carnis
2ª ibi.(Et ſi fuerit magna.)3ª ibi.(Et ſi fuerit pꝛofunda.)
4ª ibi.(Cū aūt ex vulnere abſcidiꝛ caro ⁊c̄.)Dicit ḡ p̄mo
Cuꝫ ergo eſt ſectio plana recta de qua nihil cecidit.i.cuꝫ
vulnus eſt ſectio ſimplex figure lōge ſufficit in regimine
eius ſtrictura ⁊ ligatura ⁊c̄.¶Ante aūt q̄ꝫ vlteriꝰ ꝓcedaꝛ
eſt ītelligēdū ꝙ q̄tuoꝛ intētiōes reqruꝛ ex parte operis
noſtri in vulnere carnoſo ſimplici ſ̄m ꝙ vult Gal.in teg.
vna ītentio eſt cōiungere labia ad cōtactū.ſecūda intētio
eſt cōſeruare labia ſic cōiuncta in tali cōtactu.nō eñi ſolū
ſufficit labia cōiungere:īmo ⁊ opꝫ ea cōſeruare cōiuncta
vſqꝫ ad tēpus eo ꝙ operatiōes nature nō ſunt ſubite īmo
fiunt ī tēpoꝛe determinato paulatiꝫ ⁊ gradatim:⁊ iō opꝫ
cōſeruare labia ſic cōiūcta vſqꝫ ad tp̄s donec īcarnatio ſuf
ficiēter ſit facta:he aūt due intētiōes cōplentur cū ſtrictu-
ra ⁊ ligatura.Et aliqñ eſt neceſſaria ſutura quādo ſectio
eſt magna ſ̄m ꝙ dicet ī ſequēti parte.¶Cōpleꝛ etiā iſte
due intētiōes cū hoc.ſ.ꝓhibēdo fluxū humoꝝ ad locum
ꝓhibētiū cōſeruationē iunctiōes ꝓpter ſupabūdātiā eo-
rum in loco.Tertia intētio eſt ꝓhibere vt nil īcidat extra
neum īter labia ſicut eſt puluis vel pilus vel oleum vel
alia humiditas extranea:veniēs ab extra:hec eñi oīa ꝓ-
hibent īcarnationē cum ꝓhibeant cōtactuꝫ partium adī
uicem:īmo nō ſolum iſta cadentia īter labia vulneris ꝓ
hibēt vnitionē.Sed etiā aer de quo minus videꝛ ꝓpter
rōnem dictaꝫ ſuperiꝰ.Quarta intentio eſt ſubſtātiam ſa-
nam partis ſeruare:ideſt adminiſtrare medicinas ꝯſer-
uātes ⁊ ſimiles cōplexiōi membꝛi:⁊ quomodo hoc meli
us ītelligaꝛ dicemus in exponēdo litterā Aui. Has autē
quatuoꝛ intētiōes quas ponit Gal.obſeruari iu vulnere
ſimplici carnoſo Aui.intēdit ponere in hac parte. Pri-
mam ergo intētionē ⁊ ſecūdā Aui. dat intelligere per h̄
ꝙ dicit ſtrictura ⁊ ligatura ⁊ pꝛohibitio ſanguineitatis ⁊
aquoſitatis ab ea nam vt dictū eſt p̄ma ⁊ ſecūda intentio
cōpletur per ſtricturā ⁊ ligaturā ⁊ aliquādo per ſuturaꝫ
ſicut in vulnere magno figure rotūde vel lateralis de q̄
Aui.Dicet poſtea:⁊ per ꝓhibitionem fluxus humoꝛis ſu
perflui ad locum.Quomō auteꝫ fiet ligatura ⁊ ſtrictura
dicetur poſtea in quodam capl'o quod facit de ligatura
vulnerū.De ſutura autē non facit hic mētionē:quia loq̄-
tur de ipſa in ſequēti parte vbi loquitur de vulnere in q̄
neceſſaria eſt ſutura:pꝛohibitio autem ſanguineitatis et
aquoſitatis ad locum vulneris fit cum eis que dicta ſunt
pꝛius per que pꝛohibetur fluxus humoꝛum ad locum
vulneris ⁊ apoſtematis.Tertiam intentionem Auicen.
ponit cum dicit:⁊ pꝛohibere ꝙ aliqua rerum non coope
riat iam:ideſt debemus pꝛohibere ne aliqua rerum ex-
trinſecarum extraneārum decidat inter labia vulneris:
⁊ hoc fit ſi non cadit inter labia ipſius: nec puluis nec

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aliud.i.nec oleũ nec puluis vel alia res extranea:vt Ga. dicit.Et eſt intelligendũ hic ꝙ ꝓpter id qđ dicit Gal. ſcʒ ꝙ obſeruandũ eſt ne cadat inter labia vulneris nec puluis nec oleũ ⁊c̃. Quidã medici dicũt male intelligentes Gal.⁊ Aui. ꝙ puluis incarnatiuus ſicut eſt puluis rube⁹ Almãſo.qui fit ex olibano aloe ſarcocolla ⁊ ſanguie draconis ꝑtibus equalibus nõ debet immediate poni in orificio vulneris:quia dicũt ipi Gal.dicit ꝙ debem⁹ obſeruare ne incidat inter labia vulneris nec puluis nec oleũ ⁊c̃. et ꝓpter hoc ipſi vt obſeruẽt etiã dictũ Almã. qui dicit ꝙ iſte puluis cõtinuat recẽtia vulnera:ponũt ꝑmo ſup vulnus petiã madidã in albugine oui:⁊ poſtea ſup petiã ponunt puluerẽ iſtũ:⁊ ſic putãt ſe ſaluare intẽtionẽ vtriuſqʒ auctoris.Sed iſti medici male dicũt ⁊ male opanť. male dicũt in hoc ꝙ dicũt ꝙ puluis q eſt incarnatiu⁹ nõ debet poni ſup orificiũ vulneris immediate. Primo eñ hoc ẽ cõtra Albu. ca.de vulne.q dicit ſic . Si aũt iſta vulnera ſũt parua ſimplicia:tũc res eoꝝ eſt facilis ita vt pulueriʒes ſup ea hũc puluerẽ:qm̃ cõſolidat ea anteqʒ mutet ea aer. Et modus pulueris. Re.olibani ꝑtẽ vnã:ſanguis draconis ꝑtes duas:calcis nõ extincte ꝑtes tres:terať totũ multum ⁊ cribelleť ex eo vulnus cõſtringať cõſtrictiõe bona donec adhereat ſup ipm bene ⁊ coaguleť cũ ſanguie ⁊c̃. Hec aũt ſunt v̈ba eius. Per hec ergo verba innuiť manifeſte ꝙ puluis q eſt incarnatiu⁹ debet poni in orificio vulneris imediate. Iteꝝ etiã oẽs auctores ponũt ꝙ vuln⁹ inq̃tũ vuln⁹ curatur ꝑ medicinas exiccãtes:imo ꝑncipalis intẽtio vulneris vnde vuln⁹ eſt:eſt ipm exiccare.exiccari aũt nõ põt vulnus a medicis niſi ſup ipm orificiũ vulneri ponãtur ipe medicine cũ humiditas q̃ eſt in vulnere ſit intus in vulnere.ergo tũc cũ tales medicine exiccantes ſint medicine q̃ incarnatiue dicũtur.et ex talib⁹ medicinis incarnatiuis ſint quidã pulueres. Male ergo dicunt iſti ꝙ tales pulueres nõ debẽt poni ſup orificiũ vulneris. Iterũ etiã illud qđ iſti opantur d̃riſoriũ eſt.ſ.qꝛ ꝑmo ponũt petias ſup vulnus:⁊ poſtea ſup petiã poſitã ſup orificiũ vulneris ponũt pulueres:qꝛ fruſtra poniť ibi ille puluis.cũ eñ actio ⁊ paſſio ſint ꝑ cõtactũ ⁊ puluis hic nõ cõtangat orificiũ vulneris nihil ibi opabiť:⁊ ideo ibi ad nihil aponiť. ¶Et ſi tu dicis ꝙ imo agit ibi ille puluis:qꝛ virt⁹ ei⁹ penetrat petiã ad vulnus. Dõm ꝙ virtus ei⁹ nõ põt penetrare ꝑ petiã vſqʒ ad vuln⁹ ď qua ſit curãdũ niſi ⁊ penetret ſuba ei⁹:⁊ ſi penetret ſuba eius tũc cõtangit vulnus puluis in ſuba ſua imediate:ergo ⁊ eadẽ rõne poterat ⁊ ꝑus ibi poni puluis abſqʒ alio medio. Sic g̃ appet ꝑ dictũ ꝙ dictum iſtoꝝ nõ eſt veꝝ. ¶Ad aliud aũt qđ iſti mouenť eo ꝙ mouẽtur ꝑ dictũ Gal. ⁊ Auic̃.q dicũt ꝙ nos debem⁹ cauere ne inter labia vulneris cadat puluis aut oleuʒ aut aliud. nos poſſum⁹ rñdere duob⁹ modis. Uno° ꝙ Gal. ⁊ Auic̃. intellexerũt de puluere extraneo ſicut eſt puluis terre:et de alijs reb⁹ extraneis:eo ꝙ iſta ꝓhibẽt incarnationẽ: qa ꝓhibẽt cõtactũ partiũ vulneris ⁊ nõ intellexerũt de puluere incarnatiuo:⁊ de alijs medicinis incarnatiuis:quia iſta nõ ꝓhibẽt incarnationẽ:imo faciũt eã per virtutẽ exiccãdi quã habẽt:ſicut diceť poſtea. Et iõ Gal.⁊ Auic̃.ponunt poſt iſtã intẽtionẽ quartã intẽtionẽ.ſ.cõſeruare complexionẽ.i.admiſtrare medicinas exiccantes ſil'es cõpl'oni mẽbri. Uñ ex hoc dictu Gal.⁊ Auicẽ. appet manifeſte ꝙ debem⁹ admiſtrare medicinas incarnatiuas in vulnere:licet aliqñ id nõ ſit neceſſariũ:vt qñ vulnus ẽ paruum ꝙ ſola ligatura cõſolidať. Sic ergo Gal.⁊ Aui.intellexerũt de puluere extraneo ⁊ de alijs reb⁹ extraneis q̃ nõ faciunt ad cõſolidationẽ. ¶Alio° poſſum⁹ exponere dictũ Gal.⁊ Aui.magis vẽr:qꝛ iſti vidẽtur ꝑ verba eoꝝ q̃tum ad ſupficiẽ loqui de omĩ puluere abſolute. ꝑmo qꝛ ipi nõ ſpecificãt de aliquo puluere.2° qꝛ nõ videť bene ꝓbabile ꝙ loquať de puluere terre:qꝛ qs eſſet ille q mitteret terrã in vulnere cũ hoc nõ fiat cõuenienter de illo puluere. Et ideo poſſum⁹ aliter exponere dictũ Gal. ⁊ meli⁹. Nã qñ Aui.dicit ⁊ Gal. ꝙ cauẽdũ eſt ne puluis cadat inter labia vulneris.i.ne cadat intus in ꝓfunditate vulneris.⁊ tunc ſic exponẽdo eſt veꝝ de omĩ puluere:qꝛ etiã puluis icarnatiuus nõ debet cadere intus in ꝓfunditate vulneri ne remaneat ibi aliqđ ſpaciũ ꝑ qđ ꝓhibeať ꝑfecta iũctio. Uñ medicina incarnatiua debet ſolũ in ſupficie vulneris põi: hoc habeť ꝑ verba Aui.in ſequẽti ca. Dicit eñ ſic. Medicine aũt incarnatiue ſũt ille q̃ aggregant inter duo elõgata:⁊ nõ oʒ vt opentur niſi in ſupficie amboꝝ faciẽtes adherere ⁊c̃. Sic ergo ꝑ hec v̈ba apparet ꝙ medicina icarnatiua debet poni ſolu in ſupficie exteriori vulneris. ⁊ iõ bene debemus cauere etiã de puluere icarnatiuo ne cadat intus in ꝓfunditate vulneris:ſed bene põt poni exterius in ſupficie vulneris. ¶Uñ ⁊ hec expoſitio eſt contra ꝑdictos:qꝛ illi intelligũt ꝙ nullo mõ debeat poni ibi immediate puluis incarnatiu⁹.hoc aũt nõ eſt veꝝ ſm ꝙ dictum ẽ prius. ¶Tũc Aui.ponit quartã intẽtionẽ q̃ reqriť in vulnere ſimplici cũ dicit: Poſtqʒ tu conſeruaueris cõplexionẽ mẽbri:quaſi velit dicere ꝙ ꝑter ꝑdictas intẽtiones q̃ obſeruande ſũt in vulnere ſimplici:oʒ etiã obſeruare quartã intẽtionẽ.ſ.cõſeruare cõpl'onẽ mẽbri.i.adminiſtrare medicinas q̃ incarnãt vuln⁹ tales q̃ ſint ſil'es complexioni mẽbri ⁊ obſeruãtes ipam.hoc autem vt dic̃ Galie.in tegni ſit ꝑ medicinas mediocriter exiccãtes. Addit aũt Aui.vltra hoc:⁊ ſollicitus fueris in hoc ne attrahať ad mẽbrũ niſi ſanguis nãlis.⁊ intellige hoc ⁊ in q̃ntitate et q̃litate.nã ſanguis peccãs ſiue in q̃ntitate ſiue i q̃litate eſt impediẽs cõſolidationẽ vulneris:vt appet ꝑ Gal.i 3° et 4° de inge hoc aũt qđ dicit hic Aui.ſ. eſſe ſollicitum.ſ. ne attrahať ad mẽbrũ niſi ſanguis nãlis ſit ꝓhibendo de fluxũ humoꝝ ad locũ. qñ eñ ꝓhibeť fluxus hũoꝝ ad locũ q põt eſſe cã male cõpl'onis vel apatis tũc nõ attrahiť ad mẽbrũ niſi ſanguis nãlis. Uñ ⁊ hoc qđ dicit hic Auic̃. cõfirmat illud qđ dixit ꝑus cũ dixit: Et ꝓhibitio ſanguineitatis ⁊ aq̃ſitatis ⁊c̃. ¶Sed circa iſtã q̃rtã itẽtionẽ quã ponit Gal.⁊ Aui.obſeruandã in vulnere ſunt pl'a intelligẽda. Primo eſt intelligendũ ꝙ Gal.abſolute dixit ꝙ opʒ ſubam ſanaʒ ꝑtis ſeruare. Aui.aũt ſpecificauit ꝙ oʒ eam cõſeruare ſubam ꝑtis q̃tũ ad vnitatẽ:eo ꝙ circa illam ſanitatẽ nõ hʒ ꝓpter qđ circa illaʒ indiget cõſeruatiõe ſʒ curatiõe. In cõpl'one aũt ſua eſt ſana:⁊ iõ circa illaʒ indiget cõſeruari. Rõ aũt q̃re oʒ cõpl'onẽ mẽbri cõſeruari:eſt:qꝛ cõpl'o eſt ꝓpriũ inſtrm̃ mediante q̃ virtutes ⁊ mẽbra ſuas opatiões exercẽt. Cũ g̃ talis incarnatio labioꝝ fiat ꝑ opationẽ v̈tutis nãlis mẽbri.ſ.opationem v̈tutis nutritiue:et opatio iſti⁹ ad hoc vt bene fiat reqrat cõpl'onẽ mẽbri i ſuo tpamẽto. oʒ g̃ tales medicinas admiſtrare q̃ cõpl'onẽ mẽbri cõſeruẽt.⁊ iõ dictũ eſt ſupra ꝙ mala cõpl'o eſt vnũ de impedimẽtis ꝓhibẽtib⁹ fieri incarnationẽ vulneris.nam donec eſt ibi mala cõpl'o:vulnus cõſolidari nõ poteſt.

Sed eſt dubiũ de hoc qđ dicit poſtea Galie. ꝙ cõpl'o ſana ſeruabiť ꝑ medicinas mediocriter exiccantes. Primo eñ eſt dubiũ q̃re Gal.nõ dixit ꝙ cõpl'o ſana cõſeruabiť ꝑ ſil'ia ipi.ſed dixit ꝙ cõſeruabiť ꝑ medicinas exiccantes.videtur eñ hoc eẽ falſum:cũ eñ cõſeruatio cõpl'onis mẽbri ſit ꝑ ſil'ia vt Galie.dicit in tegni in multis locis.cũ eñ aliq̃ mẽbra ſint q̃ ſũt hũida in cõpl'one.cõpl'o illoꝝ mẽbroꝝ nõ cõſeruabitur ꝑ exiccantia:imo ꝯſeruabitur ꝑ medicinas in q̃b⁹ vincet hũiditas. ſi g̃ vulnus fiat in talib⁹ mẽbris:tũc cũ nõ debeamus adminiſtrare tales medicinas incarnantes ꝙ cõſeruẽt etiaʒ ꝯpl'onẽ mẽbri nõ admiſtrabim⁹ ibi medicĩas exiccãtes:imo medicĩas hũidas. ¶Et ſi tu dices ꝙ iõ dicit Ga. ꝙ cõſeruabiť ꝑ medicinas exiccãtes:qꝛ cõpl'o mẽbri hũectata eſt ꝑ vuln⁹:tũc iproprie dixit ꝙ cõpl'o ſana cõſeruabiť ⁊c̃. poti⁹ eñ debebat dicere ꝙ cõpl'o egra curabiť ⁊c̃.cũ nõ cõſerueť ſʒ cureť. ¶Nos poſſum⁹ dicẽ ad h̃ ꝙ cõpl'o ſana mẽbri vulnerati ꝯſeruabiť ꝑ medicinas mediocriť exiccãtes ⁊ nõ ꝑ alias ſm ꝙ dic̃ gal. Et rõ h⁹ ẽ

qꝛ i oī mēbro dēm⁹ admiſtrare medicias ſm duplicē intē
tionē.ſ.habēdo reſpectū ad corpus vt cōplionē ipſi⁹ nālē
a pte ſue ſilitudinis cōſeruet: ⁊ habēdo reſpectū ad mor-
bū vt ipm ex pte ſue cōtrarietatis deſtruat. hec aūt verba
extrahunť ex dictis Gal. in 3ª ⁊ 4ª ptīˡᵃ de inge. ſa. ⁊ in ali
is etiā pticulis multotiēs hoc idē dicit. In corpe.n. egro
attēdiť pura cōſeruatio vt in corpe ſano: ſed eſt in eo itē-
tio curatiōis ⁊ cōſeruatiōis. curationis reſpectu morbi q
debet deſtrui. cōſeruatōis reſpectu cōplōnis nālis corpis
vel mēbri. Si eīn in curatiōe morbi cōplo nālis nō cōſer
uareť morb⁹ nō poſſet deſtrui cū cōplo nālis ſit ꝓprium
inſtrm mediāte q̄ nā ſuas opatiōes efficit: cōtraria ſibi ex
pellit. Apparet ergo ꝙ debet admiſtrari talis medicina
in vulnere q̄ a pte ſue ſilitudis cōſeruet ſubam ſiue com
plōnez mēbri nālē. ſilr ⁊ a pte ſue cōtrarietatis curet vul-
nus. Cū ḡ oē vuln⁹ ſit humidū: qꝛ ſuba ptis vulnerate ꝓ-
pter debilitatē ex ſolutiōe cōtinui acqſitā male digerens
nutrimētū ſibi veniēs: ⁊ etiā defluxū hūiditatū ex vicinis
ptib⁹ ſuſcipiēs hūectatur ⁊ remolliť. Debet ḡ in eo admi
niſtrari medicina incarnatiua q̄ in oib⁹ q̄litatibus ⁊ alijs
ſilˢ ſit ex toto cōplōni mēbri nāli niſi eſſet ꝓpter aliud ac
cidēs ſupueniēs vulneri. In ſiccitate aūt ſit paꝝ augmē
tatū vltra ſiccitatē nālē ⁊ cōplōnē mēbri: ⁊ hoc vt in ipſa
medicina ſit ſiccitas qua cōſerueť nālis ſiccitas mēbri: et
ſit etiā ſiccitas vltra illā q̄ ſit potēs exiccare vuln⁹ vt ſili-
bus cōſeruem⁹ ⁊ cōtrarijs curem⁹. Nō ḡ dixit Gal. ꝙ cō
plexio ſana cōſeruabiť p ſilia: ſed dixit ꝙ cōſeruabitur p
exiccātia: eo ꝙ oȝ ſic cū medicina incarnatiua cōſeruare
cōplexionē naturalez membri: vt etiā deſtruat morbum:
hec aūt ſit p ſicciora q̄ȝ ſit ſiccitas mēbri nālis. Ex dicť ḡ
manifeſtū eſt ꝙ oē vulnus indiget medicinis exiccātib⁹.
et etiā ꝙ q̄ȝto mēbrū vulneratū fuerit ſiccius tāto indiget
ſiccioꝛib⁹ medicinis. q̄ȝto aūt fuerit humidi⁹ tāto indiget
minus ſiccis: vt.ſ. ſit mēſura q̄litatis medicine equalis cō
plexioni mēbri ⁊ paulo aucta in ſiccitate ꝓpter id qđ di-
ctū eſt. ¶ Tūc rn̄dū ad id qđ arguiť: qꝛ dicis tu videtur ꝙ
falſum dicat Gal. cū dicit ꝙ cōplio ſana cōſeruatur p me
diocriter exiccātia: qꝛ ois cōſeruatio ſit a ſili ⁊c̈. Dōm ꝙ
medicina cōſeruās eſt duplex: quedā eſt cōſeruās pure:
et iſta bn̄ debet eſſe oīno ſilis ita ꝙ ſit in eodē gradu i cō-
plexione cū cōplōne corpis. Et iſta mediciua cōſeruans
debeť corpi ſano. Alia ē medicina cōſeruās q̄ eſt cū h̄ vel
ꝓſeruās vel curās: Et talis medicina cōſeruās debet eti-
am eſſe ſilis cōplōni mēbri: ſed nō in eodē gradu: immo
debet eſſe tm̄ augmētata vel diminuta vt deſtruat lapſuz
vel reſiſtat ne cadat in lapſuz. Cū ḡ in vuluere ſit lapſus
ad humiditatē: ⁊ ſit etiā ſuba mēbri parata plus labi i eo
dem. Debet ḡ talis medicina adminiſtrari vt in ea ſit ſic-
citas cōſeruās ſiccitatē nālē mēbri: ⁊ vltra hoc etiā vt ex-
iccet hūiditatē vulneris: hoc aūt facit medicina excedēs
ſiccitatē naturalē mēbri: vt dictū eſt. ¶ Ad aliud argumē
tū. tu dicis ꝙ tūc poti⁹ deberet dici ꝙ cōplo egra curabiť
et nō cōplo ſana cōſeruabitur. Dōm eſt vt dictū eſt ꝙ in
vulnere ⁊ eſt cōſeruatio ⁊ curatio. nā eſt ibi cōſeruatio ex
pte cōplōnis nālis mēbri: qꝛ in om̄i corpe egro q̄ȝtūcūq̄ȝ
ſit eger donec viuit eſt ibi cōplo nālis quā oȝ conſeruari.
Eſt aūt ibi curatio ex pte lapſus. Reſpiciēdo ḡ ad cōplo
nem nālē mēbri dixit Gal. ꝙ cōplo ſana cōſeruabitur: ⁊
reſpiciēdo cū hoc lapſum q eſt ibi dixit ꝙ debet ꝯſeruari
p mediocriter exiccātia: nō aūt p ſilia: vt dictū eſt. ¶ Sȝ
qꝛ dictū eſt ꝙ medicine incarnatiue debēt eſſe exiccātes
et excedere ſiccitatē nālē mēbri. Poſſet eſſe dubitatio vl
terius in quo gradu debēt eſſe deſiccatiue: ⁊ q̄ȝtū debeāt
excedere ſiccitatē nālē mēbri. ſed hoc potius ſpectat ad
ſequēs caplm in quo determinat de cōplōne iſtaꝝ medi
cinaꝝ: ideo hoc vſq̄ȝ illic reſeruetur. ¶ Deinde cū dicit:

¶ Et ſi fuerit ita magna vt ne cōcurrant extremitates eius: q̄m ſūt rotūde lōgate aut diuerſe figure: aut iā deſtructa eſt ex ea caro pauca nō plima: tūc ei⁹ cura eſt ſutura: ⁊ ꝓhibitio aggregatiōis hūiditatis in ea cū adminiſtratiōe exiccātiū reper- cuſſiuoꝝ et adminiſtratione ſubtilianti- um que dicemus.

¶ In pte iſta Aui. poſtq̄ȝ poſuit curā vulneris qđ eſt ſectio
plana recta: ponit hic Aui. curā vulneris qđ eſt rotundū
vel laterale. Et eſt intelligēdū ꝙ cura iſti⁹ nō diuerſifica
tur a cura p̄dicti in aliqua p̄dictaꝝ q̄ttuoꝛ intentionū: qa
oēs ille intētiōes reqrūtur etiā hic. ſed diuerſificať in hoc
qꝛ ibi ſufficit ligatura ad cōiūctionē labioꝝ ⁊ cōſeruatio-
nē ipſoꝝ cōiūctoꝝ: qꝛ labia ſunt paꝝ ſemota: hic aūt indi
gemus ſutura: qꝛ labia ſūt magis diſtātia. Iteꝝ etiā i iſto
vulnere indigem⁹ magis ꝓhibere fluxū hūoꝝ ⁊ apa cuȝ
medicinis ⁊ minutiōe ⁊ dieta q̄ȝ in p̄dicto: qꝛ id eſt maius
vulnus q̄ȝ p̄dictū: vn̄ citius pn̄t ſupuenire ei iſta accn̄tia.
Dicit ergo Aui. ⁊ ſi fuerit magna.ſ. ſectio: ita ne cōcurrāt
extremitates ei⁹.i. ita vt nō appropinquēt ſibi inuicē par
tes vulneris: q̄m ſunt rotūde alōgate aut diuerſe figure.
Ex hoc qđ hic dicit Aui. appet hic qđ dixi p̄us.ſ. ꝙ Aui.
intelligit hoc vulnus eſſe rotūde figure vel lateralis ſm
maioꝛē et minoꝛē diſtātiā labioꝝ adinuicē. aut ſupple eſt
tale vulnus ꝙ ex eo iā deſtructa ē caro pauca nō plima.
Dicit aūt ſignāter Aui. caro pauca nō plima. qꝛ ſi ex vul-
nere eleueť caro alicui⁹ q̄ntitatis tūc nō ampli⁹ curatur
vt vulnus ſimplex.ſ. ſuēdo vel cōiungēdo labia: imo cu-
ratur vt vuln⁹ qđ eſt cū diminutiōe carnis. Sed ſi ex vul
nere nō eleueť caro de qua ſit curādū tūc nō ꝓpter h̄ im
pedit curā ipius ſimplicis q̄ eſt p ligaturā ⁊ ſtricturā: tūc
cura ei⁹ eſt ſutura: qꝛ nō ſufficeret ad cōiungēdū labia et
tenēdū ipſa cōiuncta ſolū ligatura ꝓpter diſtātiā labioꝝ
ſed oȝ vlteri⁹ ſuere. ⁊ nō ſolū oȝ aliqn̄ ſuere labia ⁊ cōiun
gere ea cū filo: ſed etiā q̄nq̄ȝ oȝ dimittere in ſutura acus
inuolutas cū filo: ⁊ hoc eſſet qn̄ ptes vulneris eſſent val-
de remote. ¶ Intellige aūt hic ꝙ ſutura q̄ ſit in vulnere
debet eſſe ſupficialis ⁊ ꝓfunda ſm ꝓfunditatē vulneris:
qꝛ ſi vuln⁹ ſit ꝓfundū debet eſſe plus ꝓfunda: ſi aūt ſupfi-
ciale debet eſſe magis ſupficialis. Iteꝝ etiā debet eſſe nō
multū foꝛtis nec multū debilis: qꝛ ſi multū foꝛtis fuerit et
ſtricta doloꝛē generabit ⁊ calidū apa. ſi aūt ſit debilis nō
bene ptes vulneris ꝯiungūtur. debet ḡ inter hec fieri me-
diocriter. Silr oȝ vt ſutura fiat ex filo de ſerico nō toꝛto:
qꝛ filū toꝛtū ⁊ choꝛdoſum adiuuat ad diſrūpēdū ⁊ ſcindē
dū. ſilr etiā filū nō debet eſſe nimis molle: qꝛ abſcindereť
ante pfectā iūctionē. oȝ ḡ eſſe filū lene cū quadā duritie: h̄
aūt ē filū de ſerico nō toꝛtū. ſilr etiā mēſura ſpacij q̄ ſit inť
duo pūcta debēt eſſe equalia: qꝛ nō multū ampla: qꝛ am-
plitudo pūctoꝝ nō bn̄ tenet. nec etiā oȝ eſſe multū ſpiſſa:
qꝛ ſpiſſitudo pūctoꝝ adiuuat ad diſrūpendū. ⁊ ꝓhibitio
aggregatiōis hūiditatis in ea cū admiſtratiōe exiccātiū
repcuſſiuaꝝ ſicut redoleon inūctū in circuitu ⁊ emplā fa
cta ex arnagloſſa ⁊ ro. ⁊ hmōi. cū iſtis eīn ꝓhibeť fluxus
hūoꝝ ad locū. ⁊ p ꝯn̄s etiā ꝓhibeť apa qđ eſt cā impediēs
curatōnē vulnerī. Et admiſtratōe ſubtiliātiū q̄ dicem⁹.ſ.
diete tenuis ⁊ ſiomie vſq̄ȝ ad tps aliqđ.ſ. donec ſum⁹ ſecu
ri de apate calo ꝙ nō accidat. ¶ Et intellige ꝙ Aui. i cu-
ratiōe iſti⁹ vulneris repetit ſolū duas intētiōes de p̄dicť
alſ aūt duas nō repetit: ⁊ cā ſuit: qꝛ cura iſtius nō differt
aliq̄ mō a cura p̄dicta in duab⁹ vltimis intētiōib⁹.ſ. in ꝓhi
bere ne aliqd cadat inter labia vulneris ⁊ ſeruare cōplo
nē mēbri: ſed dr̄t a cura p̄dicti q̄dā mō in duab⁹ p̄mis intē
tiōib⁹.ſ. in ꝯiūgere labia ⁊ cōſeruare ea ꝯiūcta: qꝛ hic in
digem⁹ ſutura: ibi aūt nō. Iteꝝ etiā magis idigem⁹ h̄ ꝓhi
bere fluxū hūoꝝ q̄ȝ i p̄dcō. ⁊ iō qꝛ cura iſti⁹ dr̄t a cura p̄di
cta i duab⁹ p̄mis itētiōib⁹: iō hic poſuit illas itētiōes oſtē-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dendo quomodo fiant in hoc vulnere. alias autem duas intentiones non poſuit: quia eodẽ modo fit hic ⁊ ibi. ¶ Deinde cum dicit:

¶ Et ſi fuerit ꝓfunda: tunc ſtrictura etiã facit eã adherere multotiẽs: ⁊ nõ eſt neceſſe detegere eã ſi eſt poſſibile illud.

¶ In pte iſta Aui. ponit curã vulneris ꝓfundi ⁊ dicit̃ eſſe profundũ: non ꝓpter hoc ꝙ caro dicat̃ ablata inde: ſed dicit̃ ꝓfundũ: qꝛ habet ſuũ fundũ abſconſum ⁊ latentem in mẽbro: vñ ꝓprie tale vulnus appellat̃ cauernoſum ⁊ latens in mẽbro. Et diuidit̃ iſta pars in partes quatuor. In prima pte Aui. oſtendit ꝙ id vulnus aliquãdo curat̃ ſicut p̃dicta vulnera. ſ. cũ ligatura ⁊ ſtrictura ⁊ alijs cum quibus curat̃ vulnus ſimplex. In ſecũda pte: qꝛ id vulnus aliqñ nõ põt curari vt vulnus ſimplex: ſed deuenit ad vlcus: Aui. oñdit qñ h̃ fit ⁊ oñdit etiã quõ tũc debet curari vt vlcus. In tertia pte: qꝛ ligatura diuerſo mõ fit in vulneribus ⁊ vlceribus oſtendit Aui. quõ debet fieri ligatura in eo qñ curatur vt vulnus ſimplex: ⁊ quõ qñ curat̃ vt vlcus: ⁊ oſtẽdit etiã cũ hoc ibi Aui. quot de cauſis fit ligatura in vlneribus ⁊ vlceribus. In quarta pte: qꝛ id vulnus qñ iam factũ eſt vlcus aliquãdo indiget ad hoc vt curet̃ ⁊ diſcooperiat̃ ⁊ ſecet̃ vſqꝫ ad ꝓfundum: aliqñ aũt nõ indiget: ſed ſufficit ſibi id orificiũ qd̃ habet: ⁊ oſtendit qñ h̃ debet fieri ⁊ qñ nõ. ſcd̃a ibi. (Et id qñ nõ cõfert.) tertia ibi (Et dixit ſapiens ꝙ vulnus.) quarta ibi. (Inquit ⁊ ſufficit ⁊c̃.) Dicit ergo primo. Et ſi fuerit. ſ. ſectio ꝓfunda. i. latens ⁊ abſconſa in mẽbro: tunc ſtrictura etiã. ſ. q̃ fit ꝑ ligaturam ⁊ ſuturã facit eã adherere multotiẽs. i. incarnare ⁊ ſolidare ſicut fit in p̃dictis vulneribus. Et intellige cũ hoc obſeruando alias intẽtiones requiſitas in vulnere ſimplici q̃ dicte ſunt prius. ſ. conſeruare labia cõiuncta ⁊ ꝓhibitio aggregationis humiditatis extranee ⁊ ꝓhibere ꝙ aliqua rerũ extraneaꝝ nõ ingrediat̃ labia vulneris: ⁊ cõſeruare etiã complexionẽ mẽbri. Dicit aũt Auicẽ. multotiẽs qꝛ aliquãdo tale vulnus per ligaturã ⁊ ſuturã nõ adheret: imo deuenit ad hoc vt fiat vlcus: ſicut Auic. dicet ſtatim poſt. Et nõ eſt neceſſe detegere eã ſi poſſibile eſt id: Illud verbũ põt exponi duob⁹ modis. vno mõ ſic. i. ꝙ nõ eſt neceſſe diſſoluere ligamẽ ⁊ diſcooperire vulnus a ligatura ⁊ a ſutura per quas labia vulneris tenent̃ ꝯiũcta vſqꝫ ad multos dies donec facta ſit ꝑfecta incarnatio labioꝝ: in quolibet. n. vulnere qd̃ curat̃ vt ſimplex oꝫ tantũ labia ſtare cõiuncta donec facta ſit incarnatio anteq̃ꝫ diſſoluat̃ ligatura ⁊ ſutura vulneris ſi poſſibile eſt: id aũt addit hic Aui. qꝛ aliquãdo oꝫ detegere ⁊ diſcoopire vulnus a ligatura: ꝓpter cauſas quas poſtea dicet Aui. ⁊ tunc non amplius curatur vt vulnus ſimplex: imo oꝫ curare ipm̃ vt vlcus ꝭm ꝙ poſtea dicet Aui. Alio modo poteſt exponi hoc quod dicit. Et non eſt neceſſe detegere eam ſi poſſibile eſt id: hoc eſt ꝙ quando accidit talis ſectio ꝓfunda in mẽbro nõ eſt neceſſe eam detegere. i. eã diſcoopire cũ ſectione ꝭm ꝙ poſtea Aui. docet in quodã caplõ de ꝑforatiõe vulneꝝ: qñ oꝫ vt diſcooperiantur: imo debemus facere eã adherere ⁊ incarnare cũ ſtrictura ⁊ ligatura ſicut fit in alijs vulneribus ſimplicibus ſi poſſibile eſt illud: addit aũt hoc: qꝛ qñqꝫ nõ eſt poſſibile vt adhereat cuꝫ ligatura ⁊ ſutura: imo oꝫ talẽ cauernam diſcoopire cum ſectione aliqñ ſecando totã cauernam: aliqñ aũt ſolum faciendo vnũ orificiũ: vnde poſſit exire fluxus ſaniei ꝭm ꝙ dicet poſt Auic. Qñ aũt hoc nõ eſt poſſibile. ſ. ꝙ adhereat talis ſectio cũ ligatura: ſꝫ oꝫ eã detegere: Aui. dicet in pte ſequẽti. Deinde cum dicit:

¶ Et illud eſt qñ nõ cõfert ſtrictura cum ligatura firmãs eã: ⁊ fortaſſe neceſſariuꝫ eſt detegere eã: ſicut oſtendã ⁊ ꝓprie vbi nõ cadit ſtrictura bona ſuꝑ radicẽ ꝓfundi: quare effundũtur ad ipm̃ materie ꝓpter debilitatẽ eius ⁊ dolorẽ qui neceſſarius eſt: ⁊ propter diſpoſitiones quas dicam in capitulo vlcerum.

¶ In iſta parte Aui. qꝛ dictũ eſt mõ ꝙ nõ eſt neceſſe detegere talẽ ſectionẽ ſi poſſe eſt: oſtẽdit qñ neceſſe eſt detegere eã: ⁊ non põt curari vt vulnus ſimplex: ſed neceſſe eſt ipm̃ curari vt vlcus. ⁊ dicit. Et id eſt. ſ. nõ poſſe qn detegatur: vt qꝛ neceſſe eſt tale vulnus detegere: ⁊ oꝫ talẽ diſſoluere ligaturã ⁊ ſuturã qñ ñ ꝯfert ſtrictura cũ ligatura firmãs eã. i. qñ ligatura nõ facit eã adherere: tũc neceſſariũ eſt eã detegere: vt ſanies q̃ aggregat̃ in cõcauo reſpiraculũ habeat. Et fortaſſe eſt neceſſariũ eam detegere ſicut oſtendã: quaſi velit dicere Aui. ꝙ nõ ſolũ ſufficit aliqñ eã detegere diſſoluẽdo ligaturã ⁊ ſuturã: ſꝫ aliqñ oꝫ nos detegere eã cũ ſectione. i. diſcoopire eã ſicut oſtendã. ſ. in caplõ de ꝑforatiõe vulnerũ ⁊ alioꝝ cũ oꝫ vt diſcoopiant̃ Et ꝓprie vbi nõ cadit ſtrictura bona ſuꝑ radicẽ ꝓfundi: hoc eſt ꝙ tunc ꝓprie debet fieri detectio vulneris ⁊ diſcoopertio ipſius qñ nõ fit adherẽtia ⁊ ĩcarnatio in ꝓfunditate: imo remanet ibi cõcauitas: q̃re. ſ. ꝓpter talẽ ꝯcauitatem q̃ remanet in ꝓfunditate effundunt̃ mãe ꝓpter debilitatẽ ipſius ⁊ dolorẽ qui eſt neceſſarius: qꝛ ad om̃e vulnus ꝯcauũ attrahit̃ hũiditas ꝓpter debilitatẽ mẽbri: que quidẽ debilitas cauſat̃ ibi: ex ſolutiõe ꝯtinui ex malis humoribus ibi defluẽtibus ad vulnus: ⁊ attrahunt̃ etiã ibi ſuꝑfluitates ꝓpter alias diſpõnes quas dicã in caplõ vlcerũ. i. in tractatu de vlceribus Auic. dicet oẽs diſpõnes q̃ ꝯſequuntur vlcera ꝓpter quas diſpoſitiões attrahunt̃ mãe ad vlcera ⁊ impedit̃ ꝯſolidatio eoꝝ ꝭm ꝙ apparebit in illo tractatu qñ ipm̃ exponemus. Sic ergo appet ex dictiſ ꝙ qñ nõ fit bona adherẽtia ⁊ bona ĩcarnatio in ꝓfunditate vulneris: tũc ꝯcurrũt mãe ⁊ hũiditates ad vulnus: q̃ quidẽ ꝯuertunt̃ in ſaniẽ vel in virus: iſte aũt ſuꝑfluitates neceſſe eſt vt reſpiraculũ habeãt q̃tenus ad exteriora fluãt: aliter aũt totũ mẽbrũ putrefacerẽt: ergo tũc neceſſe eſt maxime vulnus detegere ⁊ diſcoopire qñ nõ fit bona ſtrictura apud radicẽ ꝓfundi: vt ſanies ⁊ alie ſuꝑfluitates ibi aggregate ad exteriora ꝓfluant: ⁊ ſi orificiũ vulneris eſt apertũ ad hoc vt inde ꝯueniẽter ſuꝑfluitates poſſint exire ſufficit id orificiũ: ⁊ nõ oꝫ amplius ſecare vulnus. Si aũt nõ eſt apertũ: vt qꝛ ꝓfundũ ſit inferius ⁊ id ſupius nec poſſit aptari: tunc neceſſe eſt ſecare vulnus vel in parte vel in toto ꝭm ꝙ dicet poſtea.

¶ Et ſi eſt neceſſariũ vt detegatur nõ erit excuſatio qn ponatur cottum ⁊ qd̃ currit curſu eius ſuꝑeius orificiũ exiccãs ipm̃ ꝓprie vbi ſtrictura nõ cadit ſuꝑ radicẽ ſicut diximus: aut eſt eius p̃paratio talis ꝙ nõ eſt poſſibile materiã malã effundi ab ea: aut eſt in ea os aut cõcauata ẽ ⁊ facta ẽ fiſtula ⁊ ſit in ea hũiditas mala valde: ⁊ ẽ tũc in iudicio vlcerũ nõ vulnerũ.

¶ Hic Aui. oſtẽſo qñ neciũ ẽ vt tale vuln⁹ ꝺtegat̃: oñdit quõ eſt ipm̃ curãdũ poſt talẽ decoctionẽ vt oñdat ꝙ non ampli⁹ curat̃ vt vuln⁹ ſimplex: imo curat̃ vt vlc⁹: ⁊ cũ h̃ etiã repetit cãm p̃dictã: q̃re neciũ ẽ vt detegat̃ vuln⁹ ad iũgẽdo illi cãe q̃ſdã alias cãs. Dic̃ g̃. Et ſi neciũ ẽ vt detegat̃. ⁊ ĩtellige q̃cũqꝫ mõ detegat̃ ſiue cũ ſectione ſiue ſine ſectiõe nõ eſt excuſatio qn cottũ ponat̃ ⁊ ꝙ currit curſu eius. ſ. alia corpuſcula exiccãtia q̃ ſiunt de ſtupa vel de

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

petia linea ſup eiꝰ orificiū.i.inter eiꝰ orificiū ponēdo ipſʒ
in medio īter labia vulneris ſiccās ipm:q2 illa corpuſcu
la ponunt̄ in vlcere vt recipiāt in ſe saniē ⁊ ſupfluitates
vlceris: vñ rōne huius exiccāt vlcus:⁊ cū h̄ ēt tenēt orifi
ciū aptū.vñ pōt libere ſanies expurgari:neceſſariū autē
erit ponere talia corpuſcula in ipo:q2 qñ tale vulnus eſt
detectū:tūc nō ampliꝰ curat̄ vt vulnꝰ ſʒ vt vlcꝰ.Jn curan
do aūt vlcera ponimꝰ cotū vel aliud corpuſculū in orifi
cijs ipoꝝ:⁊ iō ſil'r ēt facimꝰ hic.Et Aui.repetit cām dictā:
q̄re neceſſariū eſt vt vulnus detegat̄: ⁊ cū hoc adiungit
quaſdā alias dicēs.Et ꝓpꝛie vbi ſtrictura nō cadit ſup ra
dicē ſuā:vt diximus ſupple eſt neceſſariū vt vulnus de
tegat̄ ⁊ cū hoc adiūgit q̄ſdā alias dicēs: ⁊ ꝓpꝛie vbi ſtri
ctura nō cadit ſup radicē ſuā:vt diximus ſupple eſt neceſ
ſariū vt detegat̄:aut eſt eius p̄paratio talis ꝙ nō eſt poſſi
bile materiā malā effundi ab ea:⁊ hoc eſt ſicut ſi orificiū
ſit ſupius ⁊ fundū inferius:⁊ tūc eſt neceſſariū vt detega
tur cū ſectiōe vel in pte vel in toto:aut eſt in ea os.ſ.ꝙ in
diget extractione:tūc eñ neceſſariū eſt etiam vt detegat̄
ita vt os poſſit inde bene extrahi: aut iam cōcauata eſt ⁊
facta eſt fiſtula ⁊ ſit in ea humiditas mala valde: ⁊ tūc oʒ
vt detegatur vulnus cū ſectiōe vſqȝ ad ꝓfundū niſi aliud
impediat vt vene vel nerui vel artarie. ¶Conſequēter
aūt Aui.oñdit vl'r quō eſt curandū tale vulnꝰ q̄re oʒ ipm
detegere ꝓpter cās p̄dictas dicēs.Et eſt tūc.ſ. tale vulnꝰ
qñ eſt ſic detectū in iudicio vlcerū ⁊ nō vulneꝝ:ḡ tūc ſup
ple oʒ accipe curā ipſius ex tractatu de vlceribus ⁊ nō re
ponat̄ amplius cura iſtius ſub iſto caplo.Deinde cū dic:

¶Et dixit ſapiens ꝙ vulnus nō indiget
niſi ligatura aggregāte labia: qñ querit̄
adherētia ⁊ incarnatio: verū ſi fuerit ne
ceſſariū vt naſcatur in ea caro tunc nō eſt
in eo neceſſarium illud:ſed eſt neceſſaria
aliqñ ligatura cum qua effundat̄ ſorditi
es ex orificio eius:⁊ aliqñ ligatura ſit tali
mēſura qua retineat medicamē deſup.

¶Jn parte iſta Aui.q2 ligatura diuerſo mō fit in vulneri
bus ⁊ vlceribꝰ cū dictū ſit ꝑus ꝙ id vulnꝰ ꝓfundū aliqñ
pōt curari vt ſimplex vulnus:aliqñ aūt oʒ curari ipſum
vt vlcus:iō hic Aui.oſtēdit quō debet fieri ligatura in eo
qñ curat̄ vt vlcus:⁊ volēdo hoc oſtendere Aui.oñdit q̄t
de cauſis ligatura fit in vulneribꝰ ⁊ vlceribꝰ.Dicit ergo.
Et dixit ſapiēs.i.Gal.in libro de īgenio ſani. ꝙ vulnus
nō indiget niſi ligatura ⁊c̄.⁊ p hoc Aui.ponit vnā cām ⁊
vnā vtilitatē ꝓpter quā ligatura fit ī vulneribꝰ:nā aliqñ
ligatura fit in vulneribꝰ cā aggregādi labia vulneris: ⁊
hec ligatura oʒ vt apud orificiū vulneris ſit decēter ſtri
cta ⁊ cōplicata vt bona fiat expreſſio ſanguis ſupflui ⁊ hu
miditatū aliaꝝ a vulnere verſus alias ptes: quāto aūt a
vulnere talis ligatura magis elongat̄ tanto magis rela
xet̄:⁊ hec ligatura non cōpetit niſi in vulneribꝰ in qbus
q̄rit̄ adherētia ⁊ īcarnatio:in alijs aūt non cōpetit.Et iō
ſubdit:veꝝ ſi fuerit neceſſariū vt naſcat̄ in ea caro: vt q2
in vulnere ab ipo principio ſit facta diminutio ſube vel
vulnus ꝯuertit̄ ad saniē ⁊ fiat vlcus:tūc nō eſt neceſſariū
illō.i.illa ligatura.Sʒ eſt aliqñ neceſſaria ligatura cuʒ q̄
effundat̄ ſordities vulneris ex orificio eius.Jn h̄ Auic.
tāgit modū aliū ligature q̄ fit in vlceribꝰ ⁊ vulneribꝰ:nā
aliqñ ligatura fit in vulneribꝰ ⁊ vlceribꝰ ad expſſionē ſa
niei.nā cū ſanies ſit impedimētū generatiōis carnis ⁊ in
qbuſdā vlceribus aggreget̄ ſanies ⁊ virus ſicut eſt in vl
ceribus ꝓfundis:⁊ iō oʒ vt in talibꝰ fiat ligatura cuʒ qua
effundat̄ ſordities ⁊ virus ex orificio eius:hec aūt ligatu
ra fit ꝯtrario mō predicte. Nā talis ligatura oʒ eſſe ſtri
cta apud ꝓfundū aut apō radicē vlceris: mollis aūt apō
eius orificiū vt ex vehemētia ꝯſtrictiōis ipſius apud ꝓfū
ditatē vulneris ⁊ ex relaxatiōe in orificio virus ⁊ ſanies
ad exteriora ꝓfluāt:⁊ hec ligatura nō fit niſi in vulneribꝰ
⁊ vlceribus ꝓfundis in qbus timet̄ ne virus ⁊ ſanies in
inferiori parte aggregent̄. ¶Et aliqñ ligatura tali men
ſura qua retineat medicamē deſup.Jn hoc Aui.tāgit ter
tiā cām ⁊ modū p quē ligatura fit in vlceribꝰ.Nam aliqñ
fit ligatura in vlceribꝰ ſolū vt retineat puluillos ⁊ medi
cinā vſqȝ ad tēpus mutationis ſup vlcus:⁊ talis ligatura
oʒ vt intantuʒ ſtringat̄ vt retineat ⁊ cōſeruet puluillos ⁊
medicinā vſqȝ ad tempus mutatiōis: ⁊ hec ligatura eſt q̄
fit maxime in vlceribus manifeſtis in qbus non ſunt ca
uerne ⁊ abſcōſiōes vbi poſſint ſanies ⁊ hūiditates extra
nee aggregari. ¶Sic ergo habemꝰ ex dictis Aui.ꝙ liga
tura fit in vulneribꝰ ⁊ vlceribꝰ ſm tres intētiones ⁊ ſm
tres modos:nā aliqñ fit ad incarnandū labia vulneris:
aliquādo aūt fit ad expreſſionē ſaniei:aliqñ aūt fit ſolum
ad retinendum medicamina ⁊ puluillus ſuper vulnus.
¶Et ex hoc vlterius apparet qualis ligatura fit in p̄di
cto vulnere.ſ.ꝓfundo:q2 quādo curamus ipm vt vulnꝰ
ſimplex tunc cōpetit in eo ligatura que eſt ad incarnan
dū labia vulneris:quādo aūt curatur vlcus tunc aliquā
do competit ligatura in eo que eſt ad expreſſionē ſaniei.
vt quando remanet ſic in ſua ꝓfunditate. Aliquādo aūt
cōpetit in eo ſolum ligatura que eſt ad retinendū medi
camina ⁊ puluillos:vt quādo detegit̄ id vulnus cum ſe
ctione vſqȝ ad ſuū ꝓfundū.Deinde cum dicit:

¶Jnqt:⁊ ſufficit vt ſit orificio vulneri lo
cus:ex quo effundat̄ ſordities ſemp per
naturā:aut ita vt cadat pforatio illic:aut
vt tu figures ipm cū illa figura. Ego eñ
iam ſanaui vulnus magnū cuius ꝓfun
dum erat vbi eſt genu ⁊ ipſius orificium
in coxa p̄ter ꝙ fecerim ei orificium aliud
inferius apud genu. Sed p̄paraui coxā
tali p̄paratione ꝙ ꝓfundum fuit ſuperiꝰ
⁊ orificiū inferius:quare ſanatū eſt abſqȝ
pforatione in inferiori parte.Et ſimiliter
qñqȝ ſuſpēdūtur brachiū ⁊ palma ⁊ alia
taliter ꝙ orificiū ſemper eſt inferius:hic
eſt ergo ſermo eius.

¶Jn parte iſta Auicēna quia vulnus profundum quo iā
factum eſt vlcus ⁊ curatur vt vlcus indiget ad hoc vt cu
retur aliquando vt diſcoopiatur cum ſectione vel in toto
vel in parte.Aliquādo autem non eſt neceſſe vt ſecetur:
ſed ſufficit ſibi orificium qō habet:ideo hic Aui.oſtendit
qñ tale vulnus debet ſecari ⁊ quando nō indiget ſectiōe.
Et duo facit. Primo ponit circa hoc id qō dixit Galie.ſe
cundo addit quiddā ad dicta Gali.ſecunda ibi.(Et dico
ꝙ fortaſſe.)Jn parte iſta Auic.intendit dicere qō Galie.
dicit ꝙ in iſtis vlceribus ꝓfundis orificium debet eſſe ſic
ſituatum vt ſanies ex ipſo per ſeipſam effundat̄: hoc aūt
eſt ſi ſit orificium in parte inferiori ⁊ fundum ſit in parte
ſupiori.Si ergo orificiū in vulnere ſit in inferiori loco:
tunc ſufficit illud orificium.Si autē ſit in ſuperiori ⁊ fun
dum in inferiori:tunc vel debet fieri aliud orificiū in par
te inferiori vt ſanies habeat fluxum ad decliuiora:vel ſic
membrū debet ſituari ꝙ orificium qō erat ſupius fiat in
ferius ſi id membrū ſic pōt ſituari ſicut eſt crus ⁊ manus
⁊ pedes ⁊ huiuſmodi. Jſta eñ mēbra ſic poſſunt ſituari
vt orificium qō eſt aliquādo in parte ſuperiori fiat in pte
inferiori:⁊ ſufficit hoc orificiū preter ꝙ fiat ibi aliud orifi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cium. Et circa hoc inducit quoddã exemplũ Gal. cũ dicit. Ego enim. ſ. Galien° ſanaui vulnus magnũ ⁊c. ⁊ pꝫ quod dicit. Deinde cum dicit:

¶ Et dico ꝙ fortaſſe ibi cadet vulnus vbi tibi erit neceſſarium incidere complete ⁊ ſecare membrum.

¶ Galie. dicit. Et dico ꝙ fortaſſe cadit vulnus ſupple in membro vbi tibi erit neceſſariũ incidere complete ⁊ ſecare membrũ: quaſi vult dicere Auicē. ꝙ aliqñ poteſt cadere vulnus in tali mēbro ꝙ nõ poſſumus ipſuꝫ ſituare ſic ꝙ orificium fiat decliue: nec etiam ſufficit facere aliud orificium in alia parte: ſed oportet totam concauitatē ſecare vſqꝫ ad ꝓfundum: ⁊ hoc vt ibi ſanies nõ moretur maxime ſi ſit in loco carnoſo ⁊ non neruoſo vbi non timemus propter ſectionem de neruis Deinde cum dicit:

¶ Cum autem ex vulnere abſcinditur caro plurima: tunc neceſſaria ſunt ea q̃ carnem naſci faciunt ⁊ non ſufficit illud qđ exiccat ⁊ prohibet. Et fortaſſe nocet exiccatiuũ ⁊ prohibitiuũ ex parte qđ repellit materiam ex qua naſcitur.

¶ In parte iſta Aui. poſtq̃ꝫ poſuit curã vulnerũ que ſunt abſqꝫ depditione ſubē de qua ſit curandũ que quidē curantur vt vulnera ſimplicia: Hic Aui. ponit curaꝫ vulnerũ q̃ ſunt cũ depditiõe ſubē q̃ qdē vulnera ſunt cõpoſita: nã i eis ē duplex morb°. ſ. cõis morb° puta ſolutio ꝯtinui ⁊ morb° officialis: puta diminutio ſubē q̃ eſt morbus in q̃ꝫtitate: ⁊ iõ curãr alio mõ q̃ꝫ dicta. ¶ Et diuidiẛ ps iſta in partes tres. In p̄ma parte ponit curã vulnerũ q̃ ſunt cũ diminutiõe ſubē puta carnis: q̃ quidē vulnera vocantur a Gal. 3° de īgenio ſanitatis vulnera ꝯcaua. In ſcđa parte oñdit ꝙ qñ ꝯcauitas cõponiẛ ſic cũ vulnere ꝙ impoſſibilis eſt intētio curatiõis ꝯcauitatis pfecte. In tertia parte q² in vulneribus cõcauis nõ ſolũ depdiẛ caro ſed cutis ēt: ⁊ ſicut diminutio carnis īdiget faciētibus naſci carnē: ſic ⁊ diminutio cutis īdiget faciētibus naſci cutē: ⁊ cõparat Auic. id qđ facit naſci carnē ad id qđ generat cutē. ſcđa ibi. (Et qñqꝫ eſt ꝓfunditas.) tertia ibi. (Et qñqꝫ eſt id qđ facit naſci carnē.) (Dicit ergo p̄mo. Cuꝫ ex vulnere abſcidiẛ caro plurima: dicit plurima ſignãter: q² ſi abſcidereẛ pauca de qua nõ eſſet curandũ: tũc nõ diuerſificareẛ cura ipſius a cura vulneris ſimplicis: vt dictũ eſt p̄us Et nõ ſufficit id qđ deſiccat ⁊ ꝓhibet. ſ. ad generandũ carnē ſicut ſufficiebat ad incarnãdũ labia vulneris: nõ autē ītelligas hoc verbũ: ⁊ nõ ſufficit id ⁊c. vt nõ ſufficiat: q² oportebat ip̄m eſſe magis exiccatiuũ: q² hoc nõ eſſet verꝫ eo ꝙ medicina generatiua carnis ꝺꝫ eſſe minus exiccatiua medicina īcarnatiua ſm ꝙ poſtea dicet in ſequēti capitulo. ⁊ nõ ītelligas qñ dicit: Et nõ ſufficit. i. nõ confert q² nõ ꝺꝫ ip̄m ſic eſſe exiccatiuũ ⁊ ꝓhibitiuũ in gñatione carnis: ſic in incarnatiõe labioꝝ: ⁊ hoc eſt qđ ſubdit Aui. ¶ Et fortaſſe nocet exiccatiuũ ⁊ ꝓhibitiuũ ⁊c. Cuius autē cõplexiõis debeat eſſe medicia gñatiua carnis diceẛ ad plenũ in ſequēti capl̄o. ¶ Tu autem ſuppleas vltra dicta Aui. ꝙ carne regenerata in vulnere ꝯcauo ſupuenit nobis alia curatiõis ītentio. ſ. coopire carnē talē cute qđ qdē ſit cũ cicatriçãtib°. q̃ aũt ſint illa in ſequētib° inueẛ: in vulnerib°. n. ꝯcauis nõ ſolũ depdiẛ caro: ſꝫ ēt cutis. Sic aũt caro īdiget generãtib° carnē: ita ⁊ cutis īdiget faciētibus naſci cutē. ¶ Et vlteri° ītellige ꝙ vulnus aliqñ cõponiẛ cũ depditiõe carnis ⁊ cutis ſicut ſunt vulnera ꝯcaua: aliqñ aũt cõponiẛ ſolũ cũ depditiõe cutis. Et qñ cõponiẛ cũ depditiõe carnis ⁊ cutis īdiget: tũc generãtibus carnē ⁊ cicatriçãtib°: qñ aũt cõponiẛ ſolũ cũ depditiõe cutis: tũc ſolũ īdiget cicatriçãtibus: ⁊ hec oĩa verba plane inuuñẛ ⁊ declarantur a Gal. ſecunda particula de ingenio ſanitatis. Deinde cum dicit:

¶ Et qñqꝫ eſt ꝓfunditas ⁊ diminutio oſſium taliter ꝙ nõ ē poſſe vt naſcaẛ cõplete: q̃re remanet ꝓfũdũ ſicut qñqꝫ accidit vt naſcaẛ pl's q̃ꝫ ſit nec̃e: q̃re ē caro addita. Et ꝺꝫ vt cibeẛ eger q vult vt naſcaẛ caro ī vulnē ſuo cibo laudabili boni chimi

¶ In p̄te iſta Auic. oñdit ꝙ aliqñ cõponitur cõcauitas ſic cũ vulnere ꝙ impoſſis eſt intētio curatiõis ⁊ ꝯcauitatis pfecte: ⁊ cũ hoc ēt oñdit quēdã aliũ morbũ in q̃ꝫtitate q põt cũ vulnere cõponi. Dicit g̃. Et qñqꝫ eſt ꝓfunditas ⁊ diminutio oſſiũ taliter. i. ⁊ qñqꝫ ē ꝯcauitas in vulnere tal'r ſicut qñ eſt in vulnere nõ ſolũ ex diminutiõe carnis: ſꝫ ēt ex diminutiõe oſſis: ꝙ nõ eſt poſſe vt naſcaẛ cõplete. i. vt repleatur cõplete talis ꝯcauitatis: q̃re remanet ꝓfundũ. i. q̃re remanet ibi cicatrix ꝯcaua. ¶ Cã aũt q̃re nõ eſt poſſe vt pfecte repleaẛ talis ꝯcauitas vulneris vñ remanet cicatrix ꝯcaua: nõ eſt ex diminutiõe carnis: ſꝫ ex diminutiõe oſſis. nã qñ pars oſſis eſt abſciſſa nõ amplius reſtauraẛ ſm viam p̄me intētionis: vt dicit Gal. in tegni. ⁊ hoc ē qđ dicit Hypo. in affoꝛiſmo quodã ſexte pticule. Uulnera q̃cũqꝫ annua fuerint neceſſe ē os emitti ⁊ cicatrices ꝯcauas fieri. Nã vt dic̃ Gal. in cõmēto eiuſdē affo. poſt ſanata vulnera q̃ꝫtũ os exierit tãta ꝯcauitas remanebit. Cãm autēꝫ d'ne q̃re os abſciſſum reſtaurari nõ põt nõ ſpectat ad pſens negociũ: ſꝫ hoc in libris vl'ibus ꝺꝫ inq̄ri. ¶ Sicut accidit qñqꝫ. Hic Aui. oñdit id qđ dixit ēe poſſe p qõdã ſil'e: ⁊ dixit ſic accidit qñqꝫ vt naſcaẛ. i. vt repleaẛ ꝯcauitas vulneris ex carne plus q̃ꝫ ſit neceſſe: q̃re eſt caro addita. i. q̃re ſuperexcreſcit ⁊ addiẛ ibi caro vltra terminũ naturaleꝫ. ⁊ p ꝯñs remanet ibi cicatrix alta non eq̄lis. Sic g̃ ſupple ſil'r poſſe eſt id qđ dictũ eſt. ſ. ꝙ qñqꝫ accidit vt nõ poſſit cõcauitas vulneris pfecte repleri: ⁊ p ꝯñs remanet ibi cicatrix ꝯcaua ⁊ ꝓfunda. ¶ Intellige aũt id qđ dicit h̄ quodã mõ ē ſil'e p̄dicto ⁊ quodãmõ diſſil'e. Eſt ſil'e q̃ꝫtũ ad poſſe vtrũqꝫ euenire: q² ſicut eſt poſſe ꝙ aliqñ repleaẛ ꝯcauitas ex carne plus q̃ꝫ ſit neceſſe: ⁊ p ꝯñs ēt remanet ibi cicatrix addita: ita ēt eſt poſſe vt aliqñ nõ pfecte poſſit concauitas vulneris repleri ex carne ⁊ p ꝯñs ēt remanet ibi cicatrix cõcaua ⁊ ꝓfunda. ¶ Eſt autē diſſimile q̃ꝫtũ ad poſſe vtrũqꝫ curari: nã qñ accidit vt repleatur ꝯcauitas vulneris ex carne plus q̃ꝫ ſit neceſſe vñ ſit cicatrix addita põt id pctm̃ ſemp curari cũ corroſiuis ⁊ diminutiuis carnis ſupflue ſic de ſe manifeſtũ eſt: ſed ꝯcauitas qñqꝫ componitur ſic cũ vulnere ꝙ impoſſe eſt eã repleri pfecte: vñ non põt al'r fieri gn nõ remaneat cicatrix cõcaua ſicut qñ eſt ibi diminutio oſſium ſm ꝙ dictũ eſt. ¶ Ulterius aũt intellige ꝙ ex dictis h̄ ⁊ ex p̄dictis põt colligi ꝙ duplex morb° in q̃ꝫtitate põt cõponi cũ vulnere. Unus morbus eſt in augmēto q̃litatis ſicut qñ eſt ſupflua caro in vulnere. Alius morbus eſt in diminutiõe q̃ꝫtitatis ſubē mēbri: ⁊ iſte põt eſſe duplex: q² qñqꝫ cõponitur cũ vulnere diminutio carnis ⁊ cutis ſicut accidit in vulnerib° ꝯcauis: qñqꝫ aũt eſt ī eo ſolũ diminutio cutis. ¶ Et vlterius ēt ītellige ꝙ ſicut diminutio carnis ⁊ cutis q̃ cõponiẛ cũ vulnere indiget generãtibus ⁊ cicatriçãtibus: ita p oppoſitũ augmētũ q̃ꝫtitatis nimie carnis qđ cõponiẛ cũ vulnere indiget corrodētibus ⁊ diminuētib° carnē. q̃ aũt ſint corrodētia ⁊ diminuentia carnē diceñẛ poſtea. ¶ Sed eſt vlterius aduertendũ ꝙ medicie aliter opañẛ in gñatione carnis ⁊ cicatriçatione ⁊ aliter operantur in diminutione ⁊ corroſione carnis. Nã in gñatione ⁊ cõſolidatiõe nã opaẛ vt p̄ncipale agens: medicie aũt vt coadiuuãtes: q² nihil agunt in hoc: niſi q² remouēt impedimēta nãe īpediētia ipſam generare vel ſolidare: ſꝫ in corroſione carnis ⁊ diminutio-

ne medicīe opanꝛ ibi: vt principalia agētia: nā aūt vel nihil vel paꝝ ibi opatur: ⁊ hoc eſt qȯ dicit Gal. in tertia particula de ingen. ſani. Nā carnē creare ⁊ ꝯſolidare cū actione nāe fiūt: medicīe. n. in huiuſmodi nihil agūt niſi ea q̄ nām impediūt repellunt: amputare v̇o carnē ⁊ incidere ſupfluā carnē nō fiunt cū actiōe nāe: ſꝫ cū medicinis fortiter deſiccātib⁹ ⁊c̄. ¶ Et oꝫ. Hic Aui. addit quoddā q̄ꝫtū ad regimē p dictā qȯ debet obſeruari in generatiōe carnis dicēs. Et oꝫ vt cibeꝛ eger ⁊c̄. Et cā hui⁹ qȯ dicit Aui. eſt: q2 mā gñationis carnis eſt bonus ſanguis tempatus in quātitate ⁊ qualitate: materia aūt boni ſanguinis ⁊ cuiuſq; alterius boni chimi eſt cibus bonus: ergo etiā opꝫ vt talis cibeꝛ cibo laudabili q in vulnere ſuo indiget regeneratione carnis. Deinde cum dicit.

¶ Et qñqꝫ ē illud qȯ facit naſci ita ꝙ poſſibile eſt ei vt faciat naſci carnē: cuteꝫ v̇o nō facit naſci cū iam abſciſa eſt totaliter: īmo nō facit naſci loco eius niſi carnē durā ſupra quā nō naſciꝛ pilus: verū aūt rami mľtotiēs eminēt ⁊ naſcūꝛ ſicut caro.

¶ Hic Aui. q2 in vulneribus cōcauis non ſolū depdiꝛ caro: ſꝫ ēt cutis ſm ꝙ dictū eſt p̄us: ⁊ ſicut idiget diminutio carnis medicis faciētib⁹ naſci carnē: ita diminutio cutis idiget faciētib⁹ naſci cutē: qualia ſunt cicatriçatiua: iō h̄ Aui. cōparat id qȯ facit naſci carnē ad id qȯ facit naſci cutē. ⁊ cū hoc etiā itromiſcet de naſcētia pditiōis ſube venarū. Dicit ḡ. Et qñqꝫ eſt id qȯ facit naſci carneꝫ: ita ꝙ poſſe eſt ei vt faciat naſci carnē. ſ. ſimilē p̄ori depdite: ſꝫ ſupple id qȯ facit naſci cutē qȯ vocaꝛ cicatriçatiuū nō facit naſci cutē cū iam abſciſa eſt totaliter. ſ. ꝯſimilē p̄ori: ita ꝙ ſit v̇e cutis: ſicut illa q̄ eſt depdita. Et hoc eſt: q2 cutis eſt de mēbris duris q̄ depdita nō regeneraꝛ ſm p̄mā intētionē: ſꝫ regeneraꝛ ſolū ſm ſecundā intētionē: q2 generaꝛ ſolum aliqd loco illoꝝ ⁊ nō vere eſt illa. Et h̄ eſt qȯ ſubdit Aui. īmo nō facit naſci loco eius. ſ. cutis depdite niſi carnē durā ſup quā nō oriꝛ pilus. Cauſa aūt q̄re non naſciꝛ pilus ſup carnē duram talis eſt: q2 talis caro que renaſcitur ibi loco cutis depdite eſt ſpiſſa. Vñ nō eſt poroſa ſicut cutis q̄ primo erat ibi ⁊ ideo nō eſt ibi via vñ poſſit egredi pilus cum non ſit poroſa ſicut erat in cute p̄mo deperdita.

¶ Sic ergo apparet ex dictis ꝙ differt faciens naſci carnē ab eo qȯ facit naſci cutē in hoc: q2 id qȯ facit naſci carneꝫ facit naſci carnē verā ⁊ ſil'em p̄ori depdite. Illud v̇o qȯ facit naſci cutē nō facit naſci veram cutem: ſed ſolum aliqd loco illius qȯ non eſt vere cutis.

Sed aliquis dubitaret de eo qȯ dicit h̄ Auic. Et qñqꝫ ē id qȯ facit naſci carnē: ita ꝙ poſſe eſt ⁊c̄. q2 nōne ſp illud qȯ facit naſci carnē reſtaurat ipſam vere manifeſtū eſt qȯ ſic: q̄re dixit Aui. qñqꝫ. ¶ Poſſumus dicere vno modo ꝙ iſte eſt qdā modus loquēdi: ſicut etiā nos dicim⁹ ſpondiles dorſi: nō q2 ſint in alio q̄ꝫ in dorſo. Silr hic qñ Aui. dicit qñqꝫ nō vult p h̄ ꝙ aliqñ faciēs naſci carnē nō faciat naſci carnē verā: ſed eſt quidā modus loquēdi. ¶ Vel poſſumus dicere ꝙ h̄ qȯ dicit qñqꝫ refert ad hoc qȯ dicit facit naſci carnē: ⁊ nō referꝛ ad id qȯ vltimo dixit vt faciat naſci carnē: vt ꝯſtruatur ſic. Et id qȯ qñqꝫ. i. aliqñ facit naſci carnē: ita ꝙ poſſe eſt ei ⁊c̄. Et tunc ſic ꝯſtruēdo nō intelligit Auic. ꝙ id qȯ facit naſci carnē qñq; faciat naſci carnē verā: ⁊ qñqꝫ nō ſꝫ itelligit ꝙ ipm qȯ qñq; facit naſci carnē poſſe eſt ꝙ ſemp faciat naſci carnē ſimilē: ⁊ h̄ eſt veꝝ: vt dictū eſt. ¶ Vlterius aūt nota ꝙ duplex eſt cutis: q̄daꝫ eſt cutis p̄ma q̄ immediate non inheret carni: ⁊ iſta abſciſa bñ regeneraꝛ ſicut multotiēs videm⁹ ꝙ excoriāꝛ digiti ⁊ manus: ⁊ poſtea regeneraꝛ cutis ſil'is p̄ori. Et de iſta nō intelligit Auicē. Alia aūt eſt cutis ſecūda q̄ imediate coopit carnem: ⁊ iſta eſt mēbrū qȯ nō regeneraꝛ ſm p̄mā intentionē niſi raro in infantibus: ⁊ de iſta intelligit hic Aui. Q2 aūt Aui. dixit ꝙ cutis abſciſa nō renaſciꝛ: crederet ſilr forte aliqs ꝙ eodē mō eſſet de oibus mēbris ꝯſilibus: qȯ nō eſt verū: iō ſubdit Aui. de venis q̄ ſunt mēbra cōſilia ꝙ aliqñ pñt renaſci ſicut caro dicēs: venaꝝ aūt rami. ſ. abſciſa aliq pte ab eis multotiēs. i. aliqñ eminēt. ſ. renati: q̄ꝫtū ad illā pteꝫ abſciſam ⁊ renaſcunꝛ ſicut caro. Dictū. n. fuit ſupius in p̄mo caplo. ꝙ vene erant medie nāe iter carnē ⁊ oſſa: os aūt nō reſtauraꝛ niſi rariſſime i infantib⁹: caro aūt ſemp reſtauratur: ⁊ iō vene aliqñ reſtauranꝛ: ſicut ſi abſciſio ſit parua ⁊ corpus humidū leue ⁊ vena ſit parua ſicut ſunt qdā rami venaꝝ ⁊ nō magni: aliqñ aūt nō reſtauranꝛ: ſicut in ꝯtrarijs diſpōnib⁹. Que aūt ſit cā iſtoꝝ qñ reſtauranꝛ ⁊ qñ nō: nō ſpectat ad pñs negocium: ⁊ ideo in iſtis parum inſiſto. Tunc ſequitur illa pars:

¶ Et de vulnerib⁹ ſunt quedā habētia timorē ſicut vulnera cadētia in neruis: ⁊ extremitatib⁹ lacertoꝝ: ⁊ dicā ea in ca. diſpoſitionū neruoꝝ: ⁊ multotiēs ſequūtur ea accidentia mala ſicut illud qȯ ſeqtur vulnus extremitatis lacertoꝝ de alteratione coloris ⁊ caſu pulſus poſt ſpiſſitudinē ⁊ paruitatē: ⁊ pducit ad ſincopim ⁊ caſum virtutis: ⁊ qñqꝫ ſeqtur ea ſpaſmus ⁊ ſimiliter illa que cadūt ante genu apō rotulam: qñ ſequunꝛ ea accidētia mala: ⁊ ſunt pmittētia a qbus parū liberanꝛ.

¶ In iſta parte Aui. poſtq̄ꝫ determinauit de vlnerib⁹ carnoſis in qbus vulneribus nō eſt magnus timor ⁊ tetigit etiā curā illoꝝ cōplete: eo ꝙ de ipis erat p̄ncipalis intētio. In iſto caplo hic incidētalr determinat aliqd de vulnerib⁹ in qbus eſt timor ſicut de vulnerib⁹ q̄ fiunt in mēbris neruoſis. Dico aūt ꝙ determiat de eis incidētalr h̄: eo ꝙ Aui. in ſubſequētib⁹ facit poſtea quedā tractatū vbi cōplete tangit poſtea de vulnerib⁹ iſtis ⁊ cura ipoꝝ: hic aūt ſolū determiat de eis vt oñdat ꝙ talia vulnera timoroſa ſunt p reſpectū ad p̄dicta: ⁊ q2 incidētalr determiat hic de eis: iō hic Aui. ſolū tangit aliqd de eis incōplete: ⁊ etiā de cura ipoꝝ: ⁊ diuidiꝛ ps iſta in ptes duas. In p̄ma pte oñdit q̄ ſint illa vulnera illoꝝ mēbroꝝ in qbus eſt timor: q2 ea aliqñ ſequūtur accñtia timoroſa ſic̄ ſpaſmus ⁊ ſincopis ⁊ ſilia: ⁊ in ſecūda pte tangit aliqd de cura ipoꝝ 2ª ibi. (Et qñ accidit ſpaſm⁹ ex huiuſmodi ⁊c̄.) Dicit ḡ p̄mo. Et de vulnerib⁹ ſunt quedā habētia timorē: q2 in eis timor mortis ſicut vulnera cadētia in neruis ⁊ extremitatibus lacertoꝝ: q2 in extremitatib⁹ lacertoꝝ maxime ſunt nerui ⁊ chorde. Et tūc Aui. dat cauſam q̄re iſta ſunt timoroſa dicēs: ⁊ p q2: q2 multotiēs ſequūtur ea accñtia mala ⁊c̄. de alteratiōe coloris in viſu alteraꝛ color in iſtis: nam ꝓpter fortē dolorē q accidit i vulnerib⁹ iſtoꝝ rōne ſenſibilitatis ipoꝝ reſoluiꝛ calor ⁊ ſp̄us cū reſolōne v̇tutis ex quoꝝ defectu diſcoloraꝛ corpus iſtoꝝ: ⁊ ideo alteraꝛ color in viſu. imo ēt ⁊ in toto cope ꝓpter cōpati totū corpus ad vulnera taliū mēbroꝝ: ſed q2 maxīe apparet talis diſcoloratio in viſu: eo ꝙ maxīe appet color in ptib⁹ faciei: idcirco dixit Aui. de alteratiōe coloris in viſu ⁊ caſu pulſus poſt ſpiſſitudinē ⁊ paruitatē. i. ꝙ in iſtis p̄mo fit pulſus ſpiſſus ⁊ puus ⁊ poſtea cadit. Cā aūt huius eſt ꝓpter vehementē dolorē. Nam ſm ꝙ appet p Aui. in p̄mo canone. fen 2ª caplo de pulſu. Dolor fortis in ſui principio facit virtutē ebulire ⁊ inflāmat caliditatē: ⁊ ideo in ſui p̄ncipio mutat pulſum ad magnitudinē ⁊ velocitatē. Cum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

aūt doloꝛ ad finē ſue fortitudis ꝑuenit:tūc ꝓcedet pulſus
minorādo ꝛ redibit ad inferiora donec ꝑdet magnitudi-
nē ꝛ velocitatē:ſed vicē iſtaꝝ ſupplebūt ſpiſſitudo ꝛ par-
uitas:ꝛ iō fiet ſpiſſus ꝛ puus.¶Ulteriꝰ aūt ſi plus augmē
tatus fuerit adducet pulſuz ad raritatē ꝛ ꝑditionē.i.caſuz
ipſius.Cū ergo doloꝛ vehemēs ſeqtur vulnera iſtoꝝ mē
broꝝ. Jccirco in ꝓncipio ſui ponet pulſum magnū ꝛ ve-
locē: in ꝓceſſu aūt ſpiſſum ꝛ paruū:vltimo aūt ꝑducet ad
ꝑditionē ꝛ caſum ipſius.Et iō bene dicit Aui.Et caſu pul
ſus poſt ſpiſſitudinē ꝛ puitatē ꝛ ꝑducit ad ſincopim ꝛ ca-
ſum virtutis.Cā aūt huius eſt ex vehemēti dolore q acci-
dit:doloꝛ.n.fortis calorē ꝛ ſpm̄ cū virtute diſſoluit ꝛ mē-
bra a ꝓprijs opationibꝰ ꝓhibet ſm ꝙ Aui.dicit ꝓmo ca-
none.fen 2ª caplo dͤ eo qͦ ꝑuenit ex dolore:ꝛ iō vulnꝰ in
talibꝰmēbris ꝑducit ad ſincopim ꝛ caſum v̓tutis. Et qn̄
qꝛ ſeqtur ea ſpaſmus hoc eſt ꝓpter ꝯtinuationē neruoꝛū
ad cerebrū:vnde ꝛ ad paſſionē ipſoꝝ accidit aliqn̄ cere-
brū cōpati ꝓpter cuius cōpaſſionē totū corpus ſpaſmat᷑.
¶Eſt aūt intelligendū circa ꝓdicta ꝙ vulnus pōt accide
re neruis q̄drupliciť ſm ꝙ appet ꝑ Gal.6.de inge.ſa.ꝛ ꝑ
Aui.in pte ſequēti:de vulneribꝰ neruoꝝ:nā neruus:aut
pungiť aut ſcindiť:ꝛ ſi ſcindiť aut ſcindiť ſm longitudi-
nē aut ſm latitudinē. Et ſi ſcindiť ſm latitudinē: tūc aut
recidiť ex toto:aut ſolū in pte.Jſte ğ ſunt q̄tuoꝛ ſpēs vul-
nerū q̄ poſſunt accidere neruis. Jſtoꝝ aūt vulnerū ma-
gis timoroſum ꝛ ꝑiculoſuz:ꝛ ad qͦ magis ſeqtur ſpaſmꝰ
ꝛ alia accidētia q̄ Aui.ponit:eſt pūctura.Deinde eſt vul
nus qͦ ē ſciſſura nerui ꝑ latitudinē nō ex toto:deinde eſt
vulnus nerui qͦ eſt ſciſſura ipſius ꝑ longū : minus autē
ꝑiculoſuz oībus:q̄ztū ad ꝑditionē infirmi eſt qn̄ incidiť
nernus ex toto:nihilominus tn̄ mēbrū qͦ ꝑ illū neruuz
mouebať motū amittet:ꝛ h̄ eſt qͦ dicit Ga.6.de ige.ſani.
J ē ſi neruus ſit icīſus ꝛ ſepatꝰ nullā ſuſpectionē eger hꝫ
curabiť.n.ſicut cetera mēbra:ſed tn̄ mēbra q̄ mouebanť ꝑ
ipm neruū motū amittēt.Qn̄ ğ Aui.dicit ꝙ de vulneribꝰ
ſunt quedā hn̄tia timorē ſicut ſunt vulnera neruoꝝ ꝛc.
intellige hoc maxīe de vulneribꝰ ipoꝝ:q̄ ſunt punctura
ꝛ ſciſſio ꝑ latitudinē nō ex toto:eo ꝙ ad hoc ſequūtur ac-
cidētia:q̄ Aui.ponit in lr̄a:ꝛ maxime cura iſtoꝝ diuerſifi
cať a cura vulnerū aliorū. Quare autē vulnera neruoꝛū
ſunt magis ꝑiculoſa alijs vulneribus:ꝛ q̄re etiā pūctura
eſt ꝑiculoſioꝛ ſciſſura ꝑ latitudinē nō ex toto:ꝛ q̄re ēt iſta ē
ꝑiculoſioꝛ ſciſſura ſm lōgitudinē:ꝛ q ſpaſmus ſeqtur ad
vulnera iſtoꝝ mēbroꝝ:vtꝝ de inanitiōe vel repletiōe ꝛ
quō accidat ex vulneribꝰ quoꝝ neruoꝝ accidat totū:hoc
nō eſt ꝓſentis intentiōis dicere:cū Aui.de vulneribꝰ iſtis
nō loq̄ť h̄ niſi icidētalr̄:vt dictū fuit ꝓus:Sꝫ oīa h̄ ꝑfectē ſꝫ
ingenij noſtri poſſibilitatē ingremus in tractatu vulneꝝ
neruoꝛū:qn̄ ipm deo dante auxiliū exponemus. Et ſiſr
illa ſupple vulnera ſunt timoroſa q̄ cadūt ante genu apͦ
rotulā vel ꝓpe ꝑ duos digitos.Et cā huꝰ eſt ꝓpter mul-
titudinē neruoꝝ ꝛ chordarū q̄ ſunt ibi:ꝛ iō multotiēs ſe-
quūtur ea accidētia mala q̄ dicta ſunt ꝓus:ꝛ eadē eſt cā h̄
ꝛ ibi:niſi ꝙ hic intēdunť plus illa accn̄tia propter capita
plurium neruoꝝ ꝛ chordarū q̄ ſunt ibi.Et iō Aui.addit.Et
ſunt pmētia a qbꝰ parū liberāť.ſ.infirmi. ¶Deīde cū dic̄.

¶Et qn̄ accidit ſpaſmus ex huiuſmodi vulneribus lacertoſis ꝛ nō recipit curationem:tūc curatio eſt incidere lacertuz in latitudine:ꝛ eſt volūtas vt deſtruatur opatio lacerti:verū illud eſt de illis que oportet vt poſtponanť quantū eſt poſſibile.Et cureť ſpaſmus ꝛ ꝑmixtio rationis cum re alia ꝓter eam:ꝛ ſicut vulnus geniculi:ꝛ fortaſſe enim neceſſe eſt vt ponatur cum ſectione dura.

¶Jn iſta pte Aui.tangit aliqd de cura iſtoꝝ vulneruz.Et
qꝛ vt dictū eſt loqtur hic de iſtis vulneribꝰ incidētalr̄:id-
circo hic Aui.ſolū tangit incidentalr̄ ꝛ incōplete de cura
ipoꝝ.Et duo facit.Primo tangit aliqd de cura iſtoꝛū rō-
ne cuiuſdā accidētis qͦ in eis ſupuenit pauca rōne ſpaſ-
mi.ſecūdo ponit quendā canonē generalē.quantū ad cu
ram iſtoꝛū vulnerū.ſecūda ibi.(Et opꝫ vt ſit feſtinatio.)
Et intellige hic ꝙ q̄ztum ad rectū ordinē cure iſtoꝛū vul-
nerū ps ſecūda debebat ꝓcedere ꝓmā: qꝛ rectus ordo in
determinādo de cura alicuiꝰ morbi eſt ꝓmo ponere cu-
rā illius morbi:ꝛ poſtea accidētiū eius.Sꝫ qꝛ Aui.hic lo
qtur de vulneribꝰ iſtis plus ſub rōne q̄ ſunt timoroſa:ſūt
aūt timoroſa ꝓpter accn̄tia que ea ſequūtur.Jdcirco ꝓus
tetigit aliqd de cura accidētiū q̄ꝫ de cura ipoꝝ. Et qꝛ iter
accn̄tia q̄ ea ſequūtur magis timoroſum eſt ſpaſmus: eo
ꝙ ſpaſmus ſupueniēs vulneri eſt mortale:vt dic̄. Hypo.
Jdcirco Auicē.maxime inter alia accn̄tia tangit aliqd de
cura ipſius:nec etiā ꝑfecte tāgit curā ipſius hic:cū nō ꝓn
cipaliter de his hic intēdať:ſꝫ ſolū tāgit aliqd neceſſariū
fieri aliqn̄ in cura ipſius.Dicit ergo.Et qn̄ accidit ſpaſmꝰ
ex hmōi vulneribꝰ lacertoſis.i.neruoſis:accidit aūt maxīe
ſpaſmꝰ in eis:vt dictū ē ꝓus qn̄ neruus ē pūctꝰ:aut icīſus
in latitudine nō ex toto: ꝛ nō recipit curationē.ſ.aliter ꝑ
medicinas:tūc curatio eius eſt incidere lacertū.i.neruū
in latitudine.Cā aūt huꝰ eſt: qꝛ cū ſpaſmus accidat ꝓpť
nocumētū qͦ ferť ad cerebrū rōne ꝯtinuatiōis nerui ad
ipm cerebrū ſm ꝙ dictū eſt:tunc qn̄ ex toto recidiť nō am
plius ferť nocumētū ad cerebrū:qꝛ ps nerui ſana nō inci
ſa:q̄ recipiebat nocumentū a pte leſa:ꝛ ꝑ ꝯn̄s etiā duceba
tur nocumentū illud vſqꝫ ad cerebrū nō amplius recipit
illud nocumentū ꝓpter nō amplius ipm cōtinuari: ꝛ iō
tūc euitať ſpaſmus q poterat eſſe cā ꝑditiōis infirmi.Ue
rūtamē quanq̄ꝫ talis inciſio nō ſit cā ſpaſmi: ipa tn̄ eſt cā
alterius nocumēti:qͦ ſubdit Aui.dicens.Et eſt volūtas
id eſt ꝛ ē neceſſe tūc vt deſtruať opatio lacerti. ¶Et iō de
bemus euitare iſtā inciſionē q̄ztum poſſumus:ſꝫ qn̄ non
poſſumus aliud debemus eā facere : qꝛ minus malū eſt
ꝙ mēbrū ꝑdat talem opationē q̄ꝫ ꝙ infirmus moriať.Et
iō Aui.ſubdit.Uerū id eſt de illis.i.iſta inciſio que oꝫ vt
poſtponať q̄ztū poſſibile eſt:ꝛ h̄ ꝓpter nocumētū mēbri
qͦ inde ſeqť:ꝛ cureť ſpaſmus ꝛ ꝑmixtio rōnis cū re alia
ꝓter illā.i.ꝓter inciſionē ſicut mūdificādo corpus cū fle-
botomia ꝛ farmacia ꝛ mūdificādo ꝛ aperiēdo vulnus vt
effluat ad exteriora eruginoſus ſudoꝛ q ad cerebrū duciť
ꝛ inūgēdo mēbra circūſtātia oleo tepido vt ſi vulnꝰ ner-
ui ſit in manu inungemus alam ſubacſellam et collum
ꝛ circūſtātia mēbra.Si vͦo in pede inūgemus iguina vſ-
qꝫ ad dorſum ꝛ caput.ꝑ huiuſmodi.n.ſi poſſumus debe-
mus vitare ꝛ curare ſpaſmū.Sꝫ ſi nulla iſtarū rerū ſpaſ-
mo ſubueniat: tūc cogimur incidere neruū ex toto:quo
facto ſpaſmus cito curabiť ꝓpter cām que dicta eſt : ꝛ tūc
Aui.ſpecificat de vulnere geniculi quō in eo oportet fa-
cere talē inciſionē aliqn̄ dicens.Et ſicut vulnus geniculi
ſupple eſt timoroſum rōne ſpaſmi q cito ad vulnus eius
ſeqtur.Fortaſſe.n.eſt neceſſe vt ponať.i. poſtponať ſpaſ-
mus in eo cum ſectione dura.i.cum tali ſectione nerui ex
toto:ad hoc eſt qn̄ nō poſſumus vitare ipm cuꝫ re alia:ꝛ
minus poſſumus vitare in ipo ꝓpter multitudinē neruo
rū q ſunt ibi:ꝛ ideo cogimur in eo plus facere talem inci
ſionē nerui ex toto vt euiteť ꝑditio īfirmi. ¶Deīn cū dic̄.

¶Et oportet vt feſtinatio in apoſtematibꝰ eius ꝛ vlceribus ipſius cuꝫ flebotomia ꝛ ſolutione ventris:ꝛ ꝓhibitione incarnationis donec mundificenť mundificatione vltima:deinde incarnētur.

¶ Aui. ponit quēdam canonē generalē cure in vulnerib⁹ ⁊ apoſtematibus ꝑdictorū membroꝝ: vt oſtēdat ꝙ cura ipſorū diuerſificaꝛ a cura ꝑdictorū vulnerū carnoſorū eo ꝙ vulnus in iſtis nō debet feſtināter incarnari: ſicut alia carnoſa vulnera: ſed ꝑus debet mundificari ꝑfecta mundificatione vltima vt oīs virulētia ad exteriora educatur que poſſet cauſare ſpaſmū ꝓpter ꝯtinuationē nerui cū cerebro: ⁊ hoc maxīe debet itelligi de vulnerib⁹ ū moroſis neruī q̄ poſſunt inducere ſpaſmū ſicut qñ punctus eſt neruus vel inciſus ⁊ maxime ſm latitudinē non ex toto: ⁊ pȝ qd̄ dicit in littera. Intellige tamē ꝙ totū illud qd̄ dictū eſt d̄ cura ſpaſmi ⁊ cura vulnerū hic meli⁹ ⁊ longius explanabitur in tractatu vulnerū neruoꝝ: ⁊ idō quod hic deficit ibi requiratur ⁊c̄.

¶ De cognitione eius qd̄ facit naſci carnē: ⁊ qd̄ incarnat ⁊ qd̄ ſigillat: ⁊ qd̄ corrodit ex medicinis. Caplm̄. iiij.

M Edicamen faciens naſci carnē eſt illud quod coagulat ſanguinem ſanum in carnem.

¶ Quia ſicut apparet ex his que dicta ſūt in ꝑdicto caplo in curatione vulnerū aliqñ indigemus his q̄ faciūt naſci carnē ſicut in vulneribus ꝯcauis in q̄bus eſt caro deꝑdita: aliqñ aūt indigemus medicinis incarnātibus ſolū labia vulneris remota ab inuicem ſicut in vulneribus carnoſis ſimplicibus. Aliqñ aūt indigemus medicinis cicatriçātibus que faciūt naſci cutē ſicut in vulneribus in q̄bus eſt cutis deꝑdita: aliqñ aūt indigemus medicīs diminuētib⁹ ⁊ corrodētibus carnē ſicut in vulneribus in q̄bus aliqñ naſciꝛ caro plus q̄ȝ opȝ ſm ꝙ dictū fuit ꝑus: idcirco Aui. poſt ꝑdictū caplm̄ ponit id capitulū in quo in generali determinat de naturis iſtaruȝ medicinarū: oñdit. n. in generali cuius cōplexionis debent eſſe medicine faciētes naſci carnem ⁊ cuius cōplexionis debēt eſſe incarnatiue: ⁊ cuius cicatriçatiue ⁊ cui⁹ corroſiue carnis. Dico aūt ꝙ facit hoc in generali in iſto caplo: q2 inferius ponet caplm̄ in quo ponet medicinas in ſpeciali faciētes naſci carnē ⁊ incarnātes ⁊ cicatriçantes: in iſto aūt caplo ad nullā ipſarū deſcēdit: ſȝ ſolum in generali determīat de naturis ipſaꝝ: que aūt ſint ille medicine in ſpeciali inferius ponet. Diuidiꝛ aūt id caplȝ in partes duas. In partē ꝑncipalē in qua facit qd̄ dictū eſt: ⁊ incidentalē. 2ª ibi. (Et id quidē qd̄ eſt rectū ⁊c̄.) Prima ps in q̄tuor. In pte prima determinat de cognitiōe medicinarū faciētiū naſci carnē. in ſecūda de cognitiōe medicinarū incarnantiū. in tertia de cognitiōe medicinarū cicatriçantiū. in q̄rta de cognitione medicinarū corrodētiū. ſecūda ibi. (Medicine autē incarnatiue.) tertia ibi. (Conſolidationē vero.) q̄rta ibi. (Corroſiua diminuēs.) Prima ps diuidiꝛ in partes duas. in ꝑma parte oſtēdit quoddā eſſe medicamē faciens naſci carnem ab opatione quā facit: ⁊ in ſecūda parte determinat de natura complexionis ipſius. ſecūda ibi. (Quod ſi fuerit ei exiccatio ⁊c̄.) Dicit ergo ꝑmo. Medicamen faciēs naſci carnem eſt id qd̄ coagulat. i. qd̄ ꝯuertit ſanguinē ſanū in carnē: ſupple qui debet reſtaurari loco carnis deperdite: hec eſt ergo operatio medicīe faciētis naſci carnē: q2 ex ſanguine veniente ad vulnus reſtaurat carnē que deꝑdita eſt donec tota ꝯcauitas repleaꝛ. Intellige aūt: q2 Aui. dicit ꝙ medicamē faciens naſci carnem eſt id qd̄ coagulat ſanguinem in carnē. i. ꝙ ꝓprie medicīa nō eſt que coagulat ſanguinē in carnē: imo ꝓprie coagulans ſanguinē in carnē eſt virtus nutritiua naturalis mēbri: eo ꝙ hec eſt opatio ipſius: ſed medicina faciens naſci eſt ſicut coadiuuās ad iſtā opationē: eo ꝙ remouet impedimenta nature ⁊ conſeruat complexionē naturalē mēbri mediāte qua virtus ſuam actionē ꝑficit: ⁊ ꝓpter hoc dicit Gal. 3° de inge. ſanitatis. ꝙ ſi nos concedamus ꝙ locus vulneris ſit ſanus ⁊ ſanguis ad eū veniēs ſit tempatus in q̄ȝtitate ⁊ qualitate nil extrinſecorū q̄bus adiuuaꝛ carnis generatio oportet apponi: ſed q2 in noſtro corpore ſemp quaſi duo efficiūtur. Unū eſt ſupfluitas ſubtilis: aliud eſt ſufluitas groſſa. ⁊ hec maxime generanꝛ in loco vulneris ī quo indiget caro reſtitui: ſubtilis aūt vulnus humefacit: groſſa autē putrefacit. idcirco neceſſe eſt ſemp medicinas apponi vbi caro reſtituēda eſt que talia impedimēta remouent ſcȝ vt ſupfluitatē ſubtilē exiccēt ⁊ groſſam mūdificent: he aūt ſunt medicine que dicunꝛ faciētes naſci carnē. Dicūtur ergo tales medicine coagulare ſanguinē in carnem nō ſicut ꝑncipale agens: ſed ſicut coadiuuātes: q2 predicta impedimēta remouēt prohibentia actionem nature.

¶ Ulterius aūt intellige ꝙ ſignāter dixit Aui. ſanguinē ſanū: q2 cū ſanguis ſit mā generāde carnis oȝ vt ſit tpatus in quātitate ⁊ q̄litate: ſi em̄ ſupabūdauerit in aliq̄ iſtoruȝ nō ſolū caro generabiꝛ: ſȝ augmētabiꝛ vuln⁹: ⁊ ꝓpterea dicit Gal. tertio de inge. ſani. ꝙ in vulnere curando duo ſunt ꝑmitus ꝯſiderāda: quoꝝ vnū eſt ſicut agēs ꝑncipale ſicut v̄tus ⁊ cōplexio mēbri. ſ. tempata ſunt ſm ꝓprium tempamentū. Aliud vero eſt ſicut materia carnis generāde vt ſanguis ad locū defluens ſit tpatus in q̄ȝtitate ⁊ q̄litate q2 ſi alterū iſtoꝝ intēperatū fuerit morbus multiplicabiꝛ: ⁊ ꝓpter hoc Aui. dixit ſignāter ꝙ coagulat ſanguinē ſanū: dicit ⁊c̄. ¶ Deinde cum dicit:

Q Uod ſi fuerit exiccatio ei vehemēs ꝓhibet ſanguinē venientē: quare non habebit materiā caro. Et ſi eſt ei abſterſio vehemens remouet eū: ⁊ facit cū currere: quare conſumit materiā inuentam carni ergo oportet vt nō ſit ei plurima exiccatio: imo vſq3 ad terminū: neq3 abſterſio fortis valde: imo abſterſio pauca in tanta q̄ȝtitate vt abſtergat ſorditiem abſq3 mordicatione: ⁊ non indiget ſtipticitate de qua eſt curandum.

apparent villi manifeſti qꝫ in panniculis: cuius ſignum ẽ quia chorda habet maiorem duritiem ⁊ groſſitiem qꝫ habeat panniculus. ¶ His ergo premiſſis facile eſt intelligere que Auicẽ. dicit in iſtis panniculis dicens. Et vulnera quidem in panniculis ſunt leuiora eis que ſunt ĩ chordis: propterea quia panniculi non ſunt ita membra ſenſibilia ſicut chorde: ⁊ ideo nocumentum ipſorum nõ communicatur cerebro vt illarum nocumentum. Et chorda eſt dura valde ⁊ non eſt panniculus in eius duritie: illud dupliciter poteſt intelligi ſiue exponi: vno modo vt oſtẽdat differentiam inter panniculum ⁊ chordaꝫ que aſſimilatur panniculo ſicut dictum eſt. Alio modo poteſt exponi vt hoc dictum referatur ad diuerſos modos chordaꝝ nam chorda quedam eſt rotunda quedã lata valde. Modo vult dicere ꝙ differentia eſt inter iſtas: quia chorda rotunda eſt valde dura: ſed pannicularis eſt minus dura. ¶ Secundum ergo iſtum modum loquendi pri⁹ poſuiſſet differentiam inter chordam pannicularẽ ⁊ chordam rotundam. Et panniculus ſufferri ſuturam ⁊ in vulneribus que adueniunt ligamentis ⁊c. Et cauſa huius ẽ quia vt dictum eſt panniculus non eſt tante ſenſibilitatis vt eſt neruus ⁊ chorda: ⁊ propterea vulnera facta in ipo curantur vt vulnera facta in carne. ¶ Et nota ꝙ ex hoc quod dicit in ligamentis naſcentibus ex oſſe ⁊c. inſinuat ꝙ in ligamentis que ſunt coniungentia oſſa ⁊ coniuncta oſſibus non eſt ſuſpitio quando accidit vulnus. ⁊ propterea in tali vulnere poſſumus procedere ſuendo ⁊ incarnando ſicut fit in vulnere carnoſo. Sed in ligamento qđ peruenit ad lacertum neceſſarium eſt vt maior adhibeatur cautela cum in ipſo ſit ſuſpitio: ⁊ hoc eſt qđ dicit Gal. in ſexto de ingenio ſanitatis. Si vero ligamentum patiatur eorum ſcilicet qui coniunguntur cuꝫ lacerto moleſtũ eſt ⁊ non preter ſuſpitionem erit niſi caute ⁊ diligẽter curetur. Alia que Auicen. dicit manifeſta ſunt.

¶ Canõ curatiõis ſolõnis cõtinuitatis neruoꝝ. Cap. ij.

M Edicamen vulnerum neruorum eſt illud quod eſt calidum ſiccum ſubtilium partiuꝫ equalis caliditatis ita vt non mordicet ⁊ ſit eius exiccatio vehemens valde cum attractione nõ cum ſtipticitate omnino: ⁊ omne in quo eſt caliditas ſubtilis cum exiccatione vehementi: ſubtilis ſubſtantie non euacuatur ab attractione: et caueatur ſtipticum in eis et proprie in principio rei niſi ſit cum abſterſione ſicut es vſtum et ſcoria eris.

¶ Prius Auicẽ. oſtendit propter quid iſta vulnera neruorum dicuntur eſſe ſuſpecta ⁊ diuerſitatem vulnerum cõtingentium in neruis. In parte iſta. Aui. dat modos curationis vulnerum que fiunt in neruis penes illud in quo differt curatio eorum a curatione vulnerum que fiunt in membris carnoſis: ⁊ duo facit. In prima parte oſtẽdit qs eſt modus curationis talium vulnerum: ⁊ etiam accidẽtium que ſequuntur talia vulnera ⁊ qualis virtutis debet eſſe medicamen ipſorum. in ſecũda parte in ſpeciali exẽplificat medicinas conuenientes in vulneribus neruorũ ſecunda ibi. Glutinũ albotin eſt de melioribus. In ṗmo ergo capitulo Aui. ſic procedit: quia primo ponit modũ curationis talium vulnerum per quem docet prohibere ne accidant accidentia moleſta talibus vulneribus. ſecũdo docet curam talium vulnerum quando in eis ſunt accidentia moleſta: ſicut ſpaſmus ⁊ apoſtema. ſecunda ibi

Et quandoqꝫ accidit ſpaſmus ex vulneribus ⁊c. Prima in duas. primo oſtendit qualia medicamina conueniunt in vulneribus neruorum. ſecundo oſtendit qualia maxime oꝫ in eis. cauẽ. ſecũda ibi. Et de vulneribus a quibus magis neceſſe eſt ⁊c. Prima in duas. in prima parte oſtẽdit qualis modus curationis eſt conueniens curationibus vulnerum que fiunt in neruis: ⁊ ſub hoc comprehẽdit vulnera chordarum. ſecundo comparat modum curationis vulnerum que fiunt in neruis ad modum curationis vulnerum que fiunt in ligamentis. vt per hoc oſtẽdat modum curationis qui conuenit vulneribus ligamẽtorum. ſecunda ibi. Et ſi neruus eſt diſcoopertus ⁊c. prima in duas. in prima parte in generali ponit modum curationis horum vulnerum. in ſecunda parte in ſpeciali ponit curam ipſorum ſm diuerſitatem horum vulneruꝫ ſecunda ibi. Quod ſi neruus ille fuerit diſcoopertus ⁊c. Prima in duas. In prima parte in generali oſtendit qualis virtutis đbet eſſe medicina que competit vulneri neruiː vnde vulnus eſt factum in neruo. ſecũdo ponit modũ curationis generalem qui obſeruari debet in vulnerib⁹ neruorum ⁊ cum alijs medicaminibus. ſecunda ibi. Et ſi neruus fuerit detectus. Prima in duas. primo oſtendit ĩ generali qualis virtutis debet eſſe medicina que competit vulneri neruorum vnde vulnus nerui eſt factum in tali membro. ſecundo ipſe modificat dictum ſuum. ſecũda ibi. Et ſi neceſſaria eſt fortis caliditas. Prima in duas. ṗmo oſtendit in generali qualis virtutis debet eſſe medicina vulnerum neruorum. in ſecunda parte: quia dixerat ꝙ tale medicamen debet eſſe ſubſtantie ſubtilis: cum tamen aliquando medicamen groſſe ſubſtantie habeat alias virtutes conuenientes oſtendit qualiter ſubtilitas ĩ tali medicamie poſſit fieri. ſecunda ibi. Et quod eſt huius generis ſubſtantie. In prima parte vult dicere Auicẽ. ꝙ medicamen vulnerum neruorum debet habere has proprietates quoniam debet eſſe calefaciens ⁊ exiccãs: ⁊ habens etiam virtutem attractiuam: propter quod non debet eſſe medicamen habens virtutem ſtipticam que eſt contraria virtuti attractiue: ⁊ precipue đbet caueri ponere ſtipticum medicamen in principio niſi contingat ꝙ in medicamine ſtiptico ſit virtus abſterſiua ⁊ mundificatiua: ſicut es vſtum ⁊ ſcoria eris. In calefactione autem et exiccatione ſic debet ſe habere vt ſit calefactionis tẽperate. Exiccationis autem fortis debet eſſe. quantum autem ad modum ſubſtantie debet eſſe ſubtilis ſubſtantie: tale enim medicamẽ: quia eſt caliditatis temperate ⁊ exiccationis fortis ⁊ ſubtilis ſubſtantie eſt quod habet virtutem attractiuam. Cauſa autem quare medicamina que conueniunt vulneribus neruorum ratione vulnerum: inquantum ſunt in neruis: debent habere has proprietates: eſt quia vt dictum eſt in vulneribus neruorum maxime timetur euentus ſpaſmi ⁊ apoſtematis ⁊ putrefactionis: ſicut apparet ex dictis: propter quod medicina debet habere tales virtutes vt per ipſam prohibeatur aduentus horum accidentium que faciunt vulnus eſſe moleſtum ⁊ prohibens ipſum a conſolidatione. Nunc autem ſpaſm⁹ ⁊ apoſtema vt dictum eſt accidit maxime ex dolore ⁊ ex retentione humiditatis in neruo. quare propter hoc requiritur vt medicamen quod adminiſtratur ĩ neruis nõ ſit prouocans dolorem imo mitigatiuum: ⁊ cum hoc etiã ſit attrahens humiditatem ad exteriora non condenſanſ eam in neruo: putrefactio autem accidit in ipſo maxime ex humiditate ſubſtantie ipſius: quare oportet vt caueatur vt medicina ipſa ſit contraria mollificationi ⁊ humectationi in vulnere nerui: hoc autem habet perficere medicina que has habet proprietates: naꝫ medicina ex hoc ꝙ eſt caliditatis temperate habet mitigare dolorem: nõ tamen eſt cauſa retentionis humiditatis in loco: imo eſt cauſa attractionis eius ad extra: calidum enim ſuperfluum; quia mordicat non eſt mitigatiuum doloris: ſed pro

uocatiuum doloris: vnde non eſt conueniens: frigidum
autem eſt prohibitiuum egreſſionis humiditatis: ⁊ ere-
tentiuum ipſius in neruo: ⁊ cum hoc etiam ſpaſmantur
nerui: propter quod medicina ipſius non debet eſſe cali-
da neq; frigida ſuperflue: vt non mordicet: ſed caliditatis
temperate: verum etiam ex hoc ꝙ medicina eſt veheme-
tis exiccationis ipſum prohibet ne putrefactio accidat in
ipſo: ⁊ eſt conueniens complexioni nerui: quoniam ner
uus in genere membrorum ſuorum eſt. Quapropter in
medicamine vulnerum neruorū debet eſſe exiccatio ve
hemens: ex hoc etiam ꝙ medicina virtutem habet attra
ctiuam prohibet ne humiditas aggregetur ĩ neruo: ⁊ qꝛ
illud quod habet virtutem attractiuam eſt quod calidita
tem habet cum ſubtilitate ſubſtantie: in tali enim medica
mine eſt proprietas vt humiditates ad exteriora moueat
ſicut dicitur ab Auicen. ſecundo canone, capitulo de ope
rationibus medicinarum ſingularium: hinc eſt ꝙ illud
medicamen dʒbet eſſe ſubtilis ſubſtantie: ⁊ precipue hoc
medicamen conuenit ſubtilis ſubſtantie: tum quia neruꝰ
poſitus eſt in profundo: tum quia neruus eſt ſubſtantie.
denſe ⁊ dure vt ergo penetrare poſſit virtus medicami-
nis oportet vt medicamen ſit ſubtiliū partium: ex quo pa
tet ꝙ debet caueri in eis ſtipticum medicamen: ⁊ preci-
pue ſuperflue ſtipticitatis: quoniam hoc prohibet extra
ctionem humiditatis ad exteriora ⁊ condenſat eam in lo
co. Et precipue debet caueri in principio maxime aggre
gatio humiditatis in neruo propter humiditatē que exi
ſtit in vulnere ex diminutione ⁊ cutis ⁊ carnis ⁊ venarū
ex quibus humiditas egreditur ⁊ retinetur in loco vulne
ris niſi accideret ꝙ in tali medicamine ſtiptico eſſet vir-
tus abſterſiua. Nullum enim eſt inconueniens vt in ali-
quo medicamine ſtiptico ſit virtus abſterſiua propter di
uerſitatem partium ſicut virtus ſtiptica ⁊ abſterſiua vt ē
in ſcoria eris. Sicut ponitur a Gali. tertio de ſimplici me
dicina: tunc talis medicina eſt conueniens: nam tunc ſti
pticitas nō ē impediens attractionem humiditatis ad ex
teriora: ſed tamen hoc adiuuat ex eo quod prohibet flu-
xum humorum ad locum propter ergo omnia iſta con-
currere ad curationem vulnerum neruorum debet me-
dicina habere has proprietates que adminiſtrantur in
vulneribus neruorum. ¶ Tu tamen intellige circa hoc
ꝙ ſm quod inſtat magis nobis neceſſitas magis ad intē-
tionem vnam q̄ʒ ad aliam ſm hoc debet medicina auge-
ri in virtute plus que in intentionem illaʒ reſpicit: vt ver
bi gratia: quando vides ꝙ in vulnere nerui eſt maximꝰ
timor de euentu ſpaſmi ⁊ apoſtematis propter retentio-
nem humiditatis in loco ſicut accidit in punctura: ⁊ tunc
medicina debet augeri maxime in virtute attractiua hu-
miditatis ad exteriora ⁊ in virtute exiccatiua: ⁊ multum
eſſe de virtute mitigatiua doloris. Si autem vides ꝙ in
vulnere eſt maximus timor de his propter dolorem ve-
nientem: non autem eſt timor multus de his propter retē
tionē humiditatis in loco ſicut eſt ĩ manifeſta fiſſura: tūc
debes cauere maxime a medicamine mordicatiuo ⁊ pro
uocatiuo doloris ⁊ plus de exiccatione curare q̄ʒ de alia
intentione vt non accidat putrefactio in vulnere. Et pro-
pterea vt apparebit poſtea in talibus apoſtematibus me
dicamina que ſunt vehementis exiccationis ⁊ modice ca
liditatis non mordentia vt mineralia lota ⁊ calx lota ⁊ ſi
milia. Si autē times propter vtrunq; ne accidat ſicut mul
totiens: quia cum punctura aggregatur vehemētiſſimꝰ
dolor: ⁊ tunc intendimus ad vtrunq; ⁊ ideo in tali vulne
re in orificio imponitur medicamē attractiuum vehemē
ter: ⁊ in partibus alijs ponuntur ea que dolorem mitigāt
ſicut calida mollitiua ſicut totum hoc inferius dʒclarabitᷣ.

Sed circa iſtam materiam eſt

dubitatio duplex. Una dubitatio eſt: quia Auicen. dicit ſi
ue ponit ꝙ medicamen vulneris neruorum debet eſſe ca
lidum. ¶ Dices tu tunc illud videtur falſum: quomaʒ di
ctum fuit ſupra ꝙ medicina que apponitur in vulnere ĩ
caliditate ⁊ frigiditate debet aſſimilari complexioni ipſi
us membri: vnde ipſe dicit ſupra. in quarta fen huius. Et
aſſimilatur calidum valde calido: ⁊ frigido valde frigi-
dum. Cum igitur neruus in genere membrorum ſit cō-
plexionis frigide videtur ꝙ medicina ſibi conueniens de
beat eſſe complexionis frigide. Firmatur autem argumē
tum hoc ex iſto: qꝛ regula eſt ⁊ canon: ꝙ in omni egritu-
dine complexio naturalis membri debet conſeruari: ſi-
cut declaratum eſt per totum de ingenio ſanitatis. Cōſer
uatio autem fit a ſibi ſimilibus: ergo cum nerui ſint frigi-
di ad conſeruationem complexionis eorum debent me-
dicamina que adminiſtrantur frigida eſſe.

Secunda dubitatio eſt qꝛ aliquis di
cet videtur
ꝙ aliquando competant medicamina fortis caliditatis:
quoniam ita ipſe docet adminiſtrare in vulneribus ner-
uorum euforbium ⁊ ſulphur: omnia autem hec ſunt vehe
mentis caliditatis: non ergo ſolum indigent ea que ſunt
temperate caliditatis. ¶ Ad primum dubium dicendum
eſt ꝙ dubium illud non querit aliud niſi propterea quid
eſt ꝙ frigidum ponitur maxime eſſe nocitiuum neruis:
cum tamen nerui ponantur membra frigida. ¶ Ad cuius
ſolutionem intelligenduʒ eſt ꝙ loqui de calido ⁊ frigido
eſt dupliciter. Uno modo de calido ⁊ frigido ſm ꝙ ſunt
talia in actu: alio modo eſt loqui de ipſis ſm ꝙ ſunt talia
in virtute vel potentia: ſicut iſto modo loquimur de me-
dicaminibus dicentes aliquando quod eſt frigidū ĩ actu
vel calidum in actu: ⁊ aliquando dicimus ꝙ eſt calidum
⁊ frigidum ſm ꝙ virtus eius calefacit: ⁊ infrigidatur. Si
militer etiam eſt loqui de neruis dupliciter: vno modo ē
loqui de ipſis ſcilicet prout ſunt in diſpoſitione naturali:
alio modo prout ſunt in diſpoſitione preternaturaʒ que
eſt vulneratio eis accidens: modo tunc ſi loq̄mur de ner
uis prout ſunt in diſpoſitione naturali: tunc ea que frigi-
da ſunt in actu ſunt eis nociua: calida autem temperata ĩ
actu ſunt eis iuuatiua: ſed ea que frigida eſſent in virtute
⁊ potentia eſſent eis iuuatiua: calida autem nocitiua. Ra
tio autem huius eſt hec quia hec eſt differentia inter ea
que ſunt talia in actu ⁊ ea que ſunt talia in potentia: quia
talia in actu operantur in prima obuiatione ad corpus:
quia non indigent a calore corporis reduci ad actum: ta-
lia autem in potentia non operantur in prima obuiatio-
ne ad corpus ſm ꝙ ſunt calida in potentia. Sed prius ſʒ
ſi aliquid patiuntur a calido naturali: etiaʒ talia ĩ actu ſūt
talia abſolute: vt frigidum in actu etiam eſt frigidum ab
ſolute: ⁊ ſimiliter calidum in actu. Talia autem in poten
tia non dicuntur talia niſi ex comparatione: ⁊ relatione
ad aliud: ⁊ precipue ad corpora tēperata: vt apparet ter-
tio de complexionibus. ¶ Tunc igitur ſtatim ex hoc ma
nifeſtum eſt ꝙ frigida in actu nocent membris frigidis ⁊
maxime neruis ⁊ cerebro: quoniam iſta membra non di
cuntur frigida: quia ſint frida in actu: omne enim corpus
quod viuum exiſtit calidum eſt in actu. Sed dicuntur fri
gida: quia parum habent caliditatis in actu. Et ꝓpterea
quia omnia membra corporis calida ſunt in actu ea que
ſunt eis amica ſunt calida in actu: ideo ea que frigida ſūt
in actu nocent eis: illis ergo membris ſunt magis inimi-
ca frigida in actu: a cuius nocumento minus poſſunt tue
ri: ſed membra frigida minus poſſunt tueri a nocumento
frigido propter modicam caliditatem ipſorum: congelā
tur enim ſtatim a frigido in actu: ⁊ ideo ſpaſmantur. Cu-
ius etiam ſimile videmus in corporibus perambulanti-
bus per vehemens frigus: nam ſi talia corpora ſiue mē-

bra modicum habeant caloris valde leduntur ab ipo fri
gore adeo ꝙ quandoqꝫ congelantur ab ipſo. Sed mem
bra calida propter fortem caliditatem reſiſtentem non
ſic patiuntur a frigido in actu: non enim ſic cito congelā
tur ab eo: immo videmus: ꝙ quia inter membra calida
eſt quoddam quod vehemens eſt caliditatis in quo qui-
dem calidum intenderetur niſi infrigidaretur: ſicut ſunt
cor ꝙ in tali membro non ſolum frigidum non eſt nociti
uum: immo frigidum eſt iuuatiuum: vnde ⁊ natura motū
anhelitus conſtituit ei per quē cōtinue attrahitur aer fri-
gidus ad refrigerium eius: ſed frigida que ſunt calida in
potentia: non tamen actu bene eſſent amica neruis que
ſcꝫ non ſint amplius frigidiora reſpectu medicine tempe
rate q̄ꝫ ſint nerui reſpectu cutis que temperata eſt. Cali-
da autē que forent calidiora q̄ꝫ ſint nerui nocerent. Et iō
eſt ꝙ vnumquodqꝫ cōſeruatur in ſua tēperantia a ſibi ſi-
mili. Suppoſito ergo ꝙ nerui habeant propriā tēperāti-
am cū temperantia ipſorū in genere mēbroꝝ ſic ꝙ ſint fri
gida: manifeſtum eſt ꝙ ea que conſeruant ipſos inter ea
que ſunt calida in potētia erūt frigida: non autem calida
cuꝫ calida remouerēt eos a propria tēperātia. Et ideo qñ
auctores dicūt ꝙ frigidum eſt inimicū neruis intelligunt
de frigido in actu: ⁊ propterea ſicut apparebit illō Aui.
maxime oſtēdit ꝙ frigidū nocet neruis quod eſt frigidū
in actu: ⁊ tunc oīa medicamina que quidē adminiſtrant
neruis ſub actu caliditatis: docet Aui. adminiſtrare ea. Si
aūt loquamur de neruis ꝓut ſunt in diſpoſitiōe extra na-
turam: tūc eis ſunt nocitiua ⁊ frigida in actu ⁊ frigida in
potentia: frigida quidēꝫ in actu maxime nocēt ꝓpter cau
ſam iam dictā. Unde Aui. ibi maxime dicit de talibus fri
gidis que nocēt neruis: frigida autē in potentia nocēt ꝓ
pterea qꝛ medicina vulneꝝ neruorū vt dictū eſt debet eē
mitigatiua doloris ⁊ dꝫ eſſe attractiua eruginis ad extra
diſſolutiua humiditatis attracte ad locuꝫ ex dolore: has
aūt proprietates nō habet frigidū: ſed calidum: ꝓpter qō
medicamen vulneris neruorū debet eſſe calidum in vir
tute ſaltem tēperate: ⁊ hoc quidē maxime attendimꝰ cir-
ca principiū: cū eſt dolor ⁊ humiditas in loco. in proceſſu
autē non ſic curamus: ſed ſolū curamus de exiccatiōe for
ti: ⁊ dato ꝙ tale medicamē nō ſit calidū in virtute: dūmo
do ſit calidū in actu: ⁊ fortis exiccatiōis eſt cōueniēs: ſicut
Aui. inferiꝰ docet adminiſtrare tutiā confectā cū oleo ro
ſaceo in vulneribus neruorū: ⁊ hec eſt veritas in hac du-
bitatione. Et ex his apparet ſolutio ad argumēta diligē-
ter intuenti. ¶ Ad ſcōm dōm eſt ſicut extrahiꝉ ex quodā
§. quē infra ſubdit. Et ſi neceſſaria eſt fortis caliditas ⁊c.
ꝙ illud dictū qō dicitur hic ꝙ medicina vulnerū neruo-
rum dꝫ eſſe caliditatis tēperate: intelligitur vt eiꝰ impreſ
ſio in caliditate ad ſubſtātiā nerui pertingit: quoniā ſub-
ſtantia nerui non ſuſtinet vehemēter calidū: ſicut neqꝫ fri
gidū vt poſtea dicet. Ea ergo que ſunt vehemēter calida
vt euforbiū ⁊ ſimilia nō adminiſtranꝉ vt eoꝝ vehemens
caliditas ad neruuꝫ pertingat: Sed vt propter vehemē-
tem caliditatē virtus eoꝝ penetret ad profundū ⁊ humi
ditatē cōtentam in profundo extrahat ad ſuperficiē orifi-
ciuꝫ vulneris aperiēdo: ea propter talia medicamina: vt
poſtea dicet nō eſſent bona in neruo diſcooperto: ſed ſūt
bona in punctura. Nā qꝛ tunc neruus coopertus ē ⁊ po-
ſitus eſt in ꝓfundo talis medicine caliditas nō pōt perue
nire ad ſubſtantiā nerui ſub vehementia caliditatis: ſed
peruenit ad ipſū refracta ⁊ tēperata: licꝫ ergo in ſe medi
cina hec ſit vehemētis caliditatis: tamē impreſſio que ad
neruū peruenit eſt tēperata: ergo illud dictū quod hic di
citur debet intelligi de caliditate medicine ſm̄ ꝙ eiꝰ im-
preſſio ad neruū peruenit: ⁊ illud inſinuat Aui. in illo §.
allegato: vbi oſtendit propter qd̄ aliquando ē neceſſaria
fortis caliditas in medicamine vulnerū neruorū. His g̃
bene preintellectis multa illius capituli faciliter poſſūt
intelligi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quod eſt huius generis ſubſtantie ſubtilia ipſum cum trituratione in aceto in quo non eſt ſtipticitas: ⁊ quandoqꝫ timetur ex aceto ⁊ ſubtiliatione eius ꝓceſſio caliditatis ſubtilis in re ſpiſſa.

¶ In parte iſta Aui. qꝛ aliqñ cōuenit ꝙ medicina habeat
ꝓprietates predictas: eſt tñ groſſe ſubſtantie: ſicut ſcoria
eris: vult oſtēdere qualiter tale medicamē poſſumus face
re cōueniēs in ſubſtātia: ⁊ vult dicere ꝙ ꝑmixtio talis me
dicaminis qō eſt huiꝰ generis. i. groſſe ſubſtātie cū aceto
in quo nō eſt ſtipticitas: qm̄ ſtipticitas ꝓhibet ſm̄ aliquid
eius penetrationē: facit vt virtus huiꝰ medicamīs pene-
tret ad ꝓfundum: accidit enī ꝙ ex ꝑmixtiōe aceti propter
ſubtilitatē ſubſtātie aceti poſſit penetrare caliditas medi
caminis qō eſt groſſe ſubſtātie ſubtiliari ex ꝑmixtiōe ace
ti in rem ſube dure ⁊ ſpiſſe qualis ē ſubſtātia nerui. Et hꝫ
eſt qō vult dicere Aui. cū dicit. Et qñqꝫ cōtinet ⁊c. q̄ tamē
prius penetrare nō poterat ꝓpter groſſitudinē ſube in q̄
fundaꝉ. Uerū etiā ꝙ illud dictū pōt exponi: alio modo vt
vellet dicere ꝙ nō ſolū acetū confert admixtū cum iſtis
medicaminibꝰ qꝛ adiuuat ad penetrationē eorū: verū et
confert ex hoc: qꝛ ex aceto aliqñ ꝓcedit aliqua caliditas
debilis que adiuuat ad penetrationē eoꝝ: ⁊ ꝑcipue in rē
ſpiſſe ſubſtantie: ⁊ id eſt quod Aui. dicit.

Tunc ad remotionem dubij: aliquis
enī poſſet dice
re: quare doces tu adminiſtrare acetū in medicaminibus
neruorū: cū acetū ſit valde frigidū. ¶ Ad hoc eſt dicēdū
ꝙ aliquādo ex aceto ſit in re ſpiſſe ſubſtātie aliqua calidi
tas debilis ⁊ nō frigiditas: iuxta qō intellige: ſicut appa-
ret per iſtū. ſcōo canone. ca. de aceto: ⁊ per Galꝉ. ꝑmo de
ſimplici medicina. Acetū ē cōpoſitum ex duplici ſubſtan
tia. ſ. frigida: ⁊ hec ē ſubſtātia que ex vino remanſit frigi-
da ꝓpter exalationē partis calide vinoſe qñ vinū cōuer
titur in acetū ⁊ eſt cōpoſitū ex ſubſtātia calida: ⁊ hec ē il-
la que caliditatem accidētalē acqſiuit per putrefactioneꝫ
que accidit in vino quādo cōuertitur in acetum: lꝫ tamen
ſit cōpoſitū ex tali duplici ſubſtantia: tamen qꝛ exuberat
ibi pars frigida: idcirco acetū a predominio ponitur fri-
gidū: ſi ergo cōtingat ꝙ pars que ē calida in aceto ptran-
ſeat in ſubſtantiam membri plus q̄ꝫ frigida: tunc ex ace-
to peruenit in membro aliqua caliditas debilis: ⁊ quia ī
membro ſpiſſe ſubſtantie facilius preoccupat tranſitum
pars calida: difficilius autem pars frigida: hic ē ꝙ Aui.
dixit ꝙ in talibus mēbris ſubſtantie ſpiſſe: ſicut ſunt ner
ui peruenit aliquādo proceſſio caliditatis ſubtilis. i. debi
lis. ⁊ vtraqꝫ expoſitio vera eſt ⁊ poteſt ſaluari: ¶ Intelli-
ge autem circa hoc ꝙ vſus aceti in medicaminibus vul-
nerum neruorum non eſt bene tutus: propterea qꝛ ace-
tum eſt inimicum neruis: ſicut ponitur ab Aui. tertio ca-
none capitulo de paraliſis cura. ⁊ a Galie. in commento
tertij pronoſticorum. Acetum enim mordicatiuum eſt: ⁊
vtplurimū infrigidat: que ambo ſunt nocitiua neruis: et
preterea: quia acetum de ſe nocitiuum eſt neruis in medi
caminibus vulnerum neruorum diſcoopertorum q im-
mediate apponuntur ſuper neruos: ⁊ reputo tutiꝰ: vt ca-
ueatur ab operatione aceti. Sed in medicaminibus vul
nerum neruorum in quibus nerui non ſunt diſcooperti
vt in punctura: quia ibi medicina non ponitur imediate
ſuper neruum neqꝫ ad ipſum peruenit virtus niſi valde
refracta: quia in talibus indiges vt virtus medicaminis
maxime profundetur: poſſumus vti aceto: quoniā tūc nō
nocet ratione ſue mordicationis: ⁊ iuuat ad exiccationeꝫ
quia ipſum exiccatiuum eſt: ⁊ ad penetrationem virtutis
medicaminis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ſi neceſſaria eſt fortis caliditas: quādoq̄ tunc neceſſaria eſt vt non ſit profundans tantum: ſed vt frangatur ⁊ declinetur cum ea ex eo quod ei admiſceatur ad qualitatem vt calefaciat cum menſura et exiccet cum fortitudine.

¶ In parte iſta: quia dixerat ꝙ medicina vulnerum neruorum debet eſſe equalis caliditatis: ita vt non mordicet modificat dictum ſuum: quoniam aliquando eſt neceſſaria vehemens caliditas: ⁊ vult dicere ꝙ aliquando ē neceſſaria fortis caliditas in medicamine propter alteram duarum cauſarum aut quādo indigemus vt medicamē vehementer penetret ad profundum ſicut indigemus ī punctura. aut eſt neceſſaria propter refractionē virtutis aliarum rerum cum quibus admiſcetur. vt ſi ſint quedā res que ſint calide: aut minus frigide vel econuerſo: quaſi conueniant neruis ⁊ volumus eas adminiſtrare: quia in eis reperiuntur alie virtutes conuenientes: tunc miſcemus res illas cum aliqua medicina vehementer calida nam ex adminiſtratione eius fit medicina operans ſꝫ ꝙ conuenit: ⁊ hoc vult dicere Auicē. ⁊ expoſitio eius perfecte haberi poteſt ex his que dicta ſunt.

¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ſi fuerit neruus detectus non ſufficit aliquid cui ſit acuitas omnino ⁊ ē nocumentum illius cum eo magnuȝ: ⁊ ſimiliter ſi inuenerit medicamen aut pannuȝ quod adminiſtratur ſuper vulnus cui obuiat dum eſt frigidum actu: tūc leſio nerui ab eo eſt vehemens: ⁊ quādo accidūt vulnera in neruis: tunc non oportet vt ꝓperent ad incarnationem: ſed oportet vt incipiatur a ſedatione doloris vaporando cum pannis calidis ⁊ cum oleis calidis: ⁊ cum oleo onfacino proprie: quoniam in ipſo eſt ſtipticitas quedam ⁊ cum adipibus iterum: ⁊ ſit eorum calefactio ſupra tepidum propter frigida: ⁊ ſimiliter ſit tua intentio in ſedatione apaſtematis. Et de illis que adminiſtrantur etiaȝ tunc ſunt emplaſtra facta cuȝ ſyrupo acetoſo ⁊ cum aqua cineris: ⁊ ex cibis ⁊ potibus ſicut farina fabaruȝ ⁊ herbi ⁊ ciceris ⁊ lupini amari: ⁊ ſauic ordei ⁊ alijs: imo iſta iterum adminiſtrantur antequā apoſtementur: ⁊ quandoq̄ confert adminiſtrare illud quod eſt leue. Cum ergo ſit ī eis illud ⁊ accidit ſecuritas ex ſuperfluitatibus que effunduntur per illud quod adminiſtratur de flebotomia ⁊ euacuatione: tunc incarna.

¶ In parte iſta cum oſtendit Auicenna in generali qualis virtutis debet eſſe medicina vulnerum neruorum oſtendit modum generalem quem obſeruare oportet in curatione cuiuſcunq̄ vulneris neruorum: nam oſtendit que eſt intentio generalis curatiua que habetur in vulnerib⁹ neruorum in qua intentione eſt differens curatio vulneris facta in neruo a curatione vulneris facta in carne: et oſtendit etiam in generali ſm quem modum intentio illa perficitur: ⁊ tria facit primo enim in genere ipſe oſtendit que maxime debent caueri in eis. ſecundo in genere oſtendit que oportet obſeruari in ipſis. ſecunda ibi. Et quando accidunt vulnera in neruis. tertio quoddam qđ dixerat confirmat per illud quod experientia videtur accidere. tertia ibi. Et multotiens quidem cōuenit ⁊c̄. Quod in prima parte dicit manifeſtum eſt ex his que dicta ſunt prius. Pars autem ſecunda diuiditur in partes duas. in prima parte in generali oſtendit que eſt intentio curatiua que debet haberi in vulneribus neruorum. ⁊ etiaȝ cū qbus medicinis: ⁊ ſm quem modum illa intentio perficitur. ſecundo oſtendit que medicamina ſunt ad hoc conuenientia. ſecunda ibi. Et non ſedes dolorem cum aqua calida ⁊c̄. Circa primam partem aduerte ꝙ intentio curatiua que eſt in vulneribus neruorum eſt ad duo in genere: nam vna intentio eſt ad incarnationeȝ: ⁊ iſta intentio ſumitur ab eſſe vulneris: vnde vulnus eſt. ſecunda intētio que habetur in eis eſt prohibitio ⁊ remotio accidentium que conſequūtur ⁊ apta ſunt accidere ad talia vulnera que accidentia maxime ſunt doloris vehementia apoſtema ⁊ ſpaſmus: quia iſta accidentia ſunt moleſtiora q̄ȝ ſit vulnus: quoniam ex eis accidit interitus: ⁊ ideo eſt vt apparet tertio ⁊ quarto de ingenio ſanitatis ꝙ quando duo morbi coniunguntur ꝙ habemus diuerſas intentiones: debemus incipere ab his que reſpiciunt illud quod eſt moleſtius: hinc eſt ꝙ in vulneribus neruorum ꝑmuȝ quod intendimus eſt ad ſedationem doloris ⁊ prohibitionem apoſtematis ⁊ ſpaſmi ne accidant etiam ad remotionem eorum ſi acciderint: deinde dum adeſt ſecuritas ne accidant oportet hec vulnera incarnare: ⁊ propter hoc dixit Auicenna. Et quando accidunt vulnera: tunc non oportet vt properetur ad incarnationem: ſed oportet vt incipiatur ⁊c̄. Et ſubdit poſtea infra: cum ergo ſit id ī eis ideſt ſecuritas ⁊c̄. tunc incarna. ⁊ hoc eſt primum quod Auicenna inſinuat. ſecundo inſinuat cum quibus perficitur ſedatio doloris ⁊ prohibitio apoſtematis ne accidat: ⁊ per conſequens ſpaſmi ⁊ curationem eorum cum iam incipiunt accidere: nam ſicut Auicenna inſinuat in principio iſtius. §. Sedatio quidem doloris fit cum his que vere dicuntur ſedatiua doloris: hec aūt ſicut declaratum fuit ſupra in tractatu de vlceribus ſunt que calefaciunt tēperate ⁊ mollificant hec autem ſunt ſicut olea calida adipes ⁊ ſimilia adminiſtrata ſub actu caliditatis: ⁊ hoc eſt quod dicit Galie. ſexta particula de ingenio ſani. Cumq̄ talia cognoueris non ponatur in foramine pūcture medicamen ſolidatiuum: ſed doloris mitigatiuum ⁊c̄. prohibitio autem apoſtematis ⁊ ſpaſmi: ⁊ etiam remotio eorum cum iam incipiunt accidere fit duplex: iſta eniȝ aut acciderunt maxime ꝓpter doloris vehemētiā plus q̄ȝ ex aggregatione humiditatis retētē: ⁊ tunc ꝓhibitio iſtoruȝ fit cum predictis que dolorē ſedant ſic ꝙ prius premittātur ea que humores diſtrahunt ⁊ diuertūt ⁊ prohibent fluxum humoꝝ ad locum. ſ. flebotomia ⁊ ſolutio vētris: aut iſta accidunt ꝑncipaliter propter aggregationē humiditatis retente in neruo: propter quā accidit in neruo mul ar tepletio: quare oportet vt adminiſtrētur ea que remo

uent humiditaté ⁊ virtutem habenté penetratiuã ad profundum ⁊ abſterſiuã ⁊ attractiuam humiditatis ad exteriora: cum hoc etiam ꝙ reſoluant poros membri aperiendo. ¶Sed talia quidé ſunt emplaſtra facta ex farina fabarum ⁊ orobi ⁊ lupinoꝝ ⁊ ordei ⁊ aqua cineris ⁊ cum ſirupo acetoſo qḋ fit ex melle. hec eñ prohibent apoſtema accidere ab illa cauſa: ⁊ conferunt etiã quando accidunt. et hoc Aui. inſinuat in illa particula cum ſubdit. Et ſimilit̃ ſit intentio tua ⁊c̃. Ex quo manifeſtum eſt ꝙ cum in punctura ſit maxime aptitudo preueniédi apoſtema ex aggregatione humiditatis retente in loco ꝙ talia medicamina que fiunt cum ſirupo acetoſo ⁊ aqua cineris ⁊ farina orobi ⁊ alijs deſiccantibus maxime debent intelligi adminiſtrari in ipſa. In aperta aũt fiſſura quia plus accidit ex doloris vehementia melius eſt adminiſtrare illa que ſunt mollificatiua ⁊ calida temperate. ⁊ ideo Aui. in illa particula ſubdit poſtea. Et quãdoq; confert adminiſtrare illḋ quod eſt leue ⁊c̃. ideſt quãdoq; ad ꝓhibitioné apoſtemati et remotioné eius oportet adminiſtrare ea que ſunt leuia nó fortiter exiccatiua ⁊ attractiua: ſicut ſunt emplaſtra ꝑdicta: ⁊ hoc eſt ſpecialiter magis in vulneribus in quibus indigemus rumotione apoſtematis ⁊ mitigatione doloris q̃ʒ alia inténtiõe: ſicut ſunt vulnera aperta ⁊ manifeſta. propter quod vſus illorũ emplaſtrorũ que ponit tutior é in vulnere nerui habente cecitaté: ⁊ quando nó eſt doloris vehemẽtia: ſed plurima eſt repletio humiditatis ĩ neruo. neq; indifferẽter in quocũq; vulnere adminiſtrari oʒ ſicut quidã faciunt nó diſtinguentes id dictis auctorum.

¶His ergo premiſſis facilimũ eſt intelligere litterã Aui. Dicit ergo. Et quando ⁊c̃. cum alijs calefactiuis. intellige ꝙ ſi vulnus diſcopertũ eſt ꝙ nó debet poni intus quod putrefaciat ſicut iſte adeps: ſed extra in circuitu. Quãdo auté eſt punctura poſſumus apponere vbicunq;: quia ibi nó timemus ꝙ ex ipſo accidat neruo putrefactio: ſicut dictum eſt prius auctoritate Gal. Et ſicut etiã infra Aui. inſinuat: ⁊ cum oleo onfacino proprie. Oleum onfacinum dicitur eſſe oleum: quia fit ex oliuis expreſſis nó perfecte maturis: ſicut patet per Aui. ſecundo canone capitulo de oleo. modo hoc oleũ ipſum aliqua caliditate participat: licet modica. vnde eſt mitigatiuũ doloris: ⁊ cum hoc etiã mollificatiuũ eſt abſq; hoc ꝙ humectat ſubſtantiam nerui: quia ipſum ſiccitate aliqua participat et ſtipticitate. et ideo dixit Auicen. quoniã in ipſo eſt ſtipticitas. quaſi per hoc Auicen. volens innuere ꝙ participat aliqua ſtipticitate non ſic humectat: quoniam humectatio eſt contraria ſubſtantie nerui. Iterum etiã ſtipticitas adiuuat inq̃ʒtum ſm aliquid prohibet fluxum humorũ ad locum. Intellige tamen ꝙ nimia ſtipticitas eſſet mala ꝓpter conſtrictionem quam facit in poris. ⁊ ideo dicit in fine Auicen. ꝙ ſedes dolorem ipſorũ cum aliquo ſubtiliũ partium in quo non ſit ſtipticitas: aut ſaltem ꝙ non ſuperfluat. ¶Secundo intellige ꝙ oleum quod adminiſtratur non debet eſſe nimis debilis caliditatis: quoniã hoc non eſſet ſufficiens. Unde licet Auicenna dicat oleum onfancinum: non intelligas ꝙ hoc oleum onfancinũ fiat ex oliuis multum acerbis: quoniam eſſet nimis ponticum ⁊ frigidum: ſed intelligas ꝙ fiat ex oliuis vicinis maturitati. ideo Galien° ſexto de ingenio ſanitatis dixit. Sed locus ex oleo fomentetur mõſtrans ꝙ oleum frigidum corporis poros opilat et calidum diſſoluit ⁊ aperit. fugiendum eſt oleum ponticum: quia illaudabile eſt. ¶Tertio intellige ꝙ oleum qḋ adminiſtratur ſiquidem adminiſtratur pͥcipaliter gratia ſedandi dolorem: tunc non debet eſſe nimis calidum neq; vetus. hoc enim magis ſedatiuum doloris exiſtit. Si autem non ſolum gratia huius adminiſtratur: ſed etiam gratia diſſoluendi ⁊ aperiendi: ſic dicimus ꝙ in punctura tunc amplioris debet eſſe caliditatis ⁊ vetuſtatis. ⁊ hoc eſt quod Galienus dicit etiam ibi. bonum eſt autem vt ſit duorum vel trium annorum: eo ꝙ magis q̃ʒ recens diſſolutiuum eſt. vnde quanto vetuſtius tanto diſſolubili°erit. dolorem tamen nó adeo mitigabit. Et de illis que adminiſtrantur ſunt emplaſtra ⁊c̃. intellige ꝙ iſta emplaſtra vt dictum eſt maxime conueniunt quando cóuenit remotio apoſtematis contingentis plus ex aggregatione retẽte humiditatis in neruo abſq; magno dolore ſicut eſt in punctura: aut aliquãdo ſicut eſt in fiſſura manifeſte in qua neruus eſſet repletus humiditate. propter quam etiam videtur tendere in putrefactionem. tunc enim maxime illa conueniunt. Quecunq; alia que dicit manifeſta ſunt ex predictis.

¶Deinde cum dicit:

¶Et non ſedes dolorem eorum cum aqua calida omnino immo cum oleo ſubtilium partium in quo non eſt ſtipticitas calida vſq; ad terminum non ſuperfluũ: calidum enim ſuperflue ⁊ frigidum non conueniunt ei.

¶In parte iſta Auicenna oſtendit qualia ſunt medicamina que non conueniunt ad ſedatõnem doloris eorũ: quia enim dixerat ꝙ debentur ea que calefaciunt ⁊ molliunt: vult oſtendere qualia mollitiua cóueniunt. non enim cóueniunt mollitiua pure humectantia ſicut eſt aqua calida: quoniam illa putrefacerent ſubſtantiam nerui: ſed debent eſſe mollitiua que ad ſiccitatem vel humiditatem tẽperatam declinent: ſicut eſt oleum calidum ſubtiliũ partiũ: ⁊ in quo tamen nó ſit ſuperflua ſiccitas. Deĩde cũ dic̃:

¶Et multotiens quidẽ contingit ꝙ vulnus iam appropinquat ſanitati et nocet ei frigus et fit vehemens dolor ⁊ redit leſio: quare fit neceſſarium vt ſuccurratur ſtatim cum ſedatione et cum oleis calefactis embrocando cum eis.

¶Id quod dixerat demonſtrat ex eo quod experientia videtur contingere. Dixerat enim qualiter omnia medicamina debent neruis ſub actu caliditatis approximari: et ꝙ vehementer caueantur a frigido: ⁊ ideo oſtendit qualiter frigidum nocet neruis: ⁊ quomodo id nocumentuʒ remouetur per ea que calefaciunt. Et manifeſtum eſt id quod dicit ex predictis.

¶Qḋ ſi neruus ille fuerit diſcoopertus et fuerit inciſio in longitudine: tunc ſtude vt cooperias ipſum carne et pone ſuꝑ ipſum medicinas pungitiuas quas diximus. Et ſtringe ipſum cum pannis longis ſtrictura colligente ⁊ aggregãte ſemper rem magnam loci ſani.

¶Cum docuit Aui. modũ curatióis vulnerũ neruorũ ĩ generali: ⁊ oñdit ĩ gñali q̃lis v̾tutis debẽt eẽ medicamĩa neruoꝝ: ĩ pte iſta docet Aui. modũ curatóis vulneꝝ neruoꝝ ĩ ſpãli ſm diuerſitaté vulneꝝ q̃ fiũt ĩ eis. ſm eñ q̃ eẽ diuerſa cauſa ⁊ eſt aptum accidere apoſtema et ſpaſmus ĩ vno modo vulneris: ſm hoc diuerſificatur curatio. ⁊ ẽt ſm ꝙ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in vno modo vulneris eſt maioꝛ ſuſpitio ⁊ in alio minoꝛ: ſm etiam hoc diuerſificatur modus curationis. ⁊ ſic pro cedit. quia in pꝛima parte facit quod dictũ eſt. ſecũdo ponit quoſdã canones qui obſeruari debent in adminiſtratione medicaminis taliũ vulnerũ. ſecunda ibi. Et opoꝛtet vt obſerues. Pꝛima in tres. Pꝛimo ponit curam vulneris facti in neruo qḋ eſt aperta fiſſura ſm longitudinẽ. ſecundo ponit curã vulneris facti in neruo qḋ eſt aperta fiſſura ſm latitudinem. tertio ponit curam vulneris quod eſt punctura. ſecunda ibi: Si autem diſrumpatur in latitudine. tertia ibi: Cum ergo eſt in eo ſtrictura ⁊c. ¶ Circa pꝛimam partẽ intellige ꝙ iſte modus curationis quẽ ponit: debet intelligi fieri quãdo. ſ. ſumus ſecuri ne accidat apoſtema: ⁊ quãdo etiam ſedata eſt doloꝛis vehemẽtia. tamẽ quia in vulnere iſto nõ eſt multa ſuſpitio propterea: quia in tali vulnere nõ accidit multa leſio in neruis: ſicut dcm̃ eſt pꝛius: iccirco Auicen. ſolum expꝛeſſit modum curationis qui debetur vulneri ratione vulneris vt eſt factum in neruo. Secundo intelligit cum dicit: Et pone ſup ipſum medicinas pungitiuas quas diximus: ꝙ hoc non debet intelligi ſicut ſonat ſuperficies verboꝝ: quia dictum ẽ pꝛius ꝙ debet caueri medicamen pungitiuũ ⁊ moꝛdificatiuum in vulnere neruoꝝ: ⁊ pꝛecipue quando neruꝰ diſcoopertus eſt. ſed expone ꝙ aut per medicinas pungitiuas ipſe ĩtelligit medicinas exiccatiuas vehementer: qm̃ tales medicine competũt in vulnere nerui reſpectu vulneris facti in mẽbꝛo carnoſo: quia neruus eſt ſiccioꝛ multo plus q̃ȝ caro. Aut intelligit ꝙ adminiſtrentᷣ medicine pungitiue nõ ſole: ſed cõmixte cũ eo quod remouet moꝛdicationem ipſarum ⁊ reducit eas ad temperamẽtũ ſicut eſt oleum. ſicut ſupꝛa dictũ eſt pᷣmo cap̃. Et conſtringe ipſum ⁊c. Hoc enim eſt dicere: ſtringe hoc vulnus cum ligamento quod reuoluatur ſuper magnã partẽ loci ſani. Quõ autẽ iſta ligatura fiat que fit ad incarnationẽ: dictũ eſt ſupꝛa in capitulo de cura vlceꝝ. ⁊ etiam in capitulo de qualitate ligandi vulnera: vnde hic non eſt neceſſe repe rire. ¶ Deinde cum dicit:

¶ Si aũt diſrũpatᷣ in latitudine tunc neceſſarium eſt ſuere ipſũ ⁊ nõ cõglutinatᷣ.

¶ In iſta parte ponit curã vulneris quod eſt aperta fiſſura facti in neruo per latũ. Et duo facit. Pꝛimo ponit modum curationis illius quod fit in neruo per latum ex quo in toto neruus inciditur. ſecũdo ponit modũ curationis per latum in quo neruus ex toto non inciditur. ſecunda ibi: Et quando pꝛoperat res. ¶ Circa pꝛimã partẽ intellige ꝙ iſte modus curationis quẽ ponit per ſuitionem vulneris eſt conueniens vulneri in quo ex toto incidiᷣ neruus. Dicit em̃ Galie. ſexto de inge. ſani. et dictũ eſt pꝛius ꝙ ſi neruus ſit ex toto inciſus ⁊ ſepatus: eger nullaȝ ſuſpitionẽ ⁊ timoꝛem habebit. Et ꝑpterea curabitur illud vulnus ſicut curantur alia vulnera ſimplicia per incarnationẽ ⁊ ſuitionẽ: membꝛũ tñ qḋ motũ recipiebat ab illo neruo ipm̃ ꝑdit. ⁊ iõ gloſa dictũ Aui. Si aũt neruus diſrũpatᷣ in latitudine ſupple ex toto: tũc neceſſariũ eſt ſuere ipm̃: nõ intelligo neruũ: qꝛ neruus nõ ſuitur: quia nõ eſt vnibilis per ſuitionẽ ſicut caro: ꝑꝑ modũ ſube quã hȝ. Sed expone neceſſariũ eſt ipm̃ ſuere. i. tale vulnus: ⁊ ſi non ſupple ſuitur: nõ conglutinatᷣ. i. nõ incarnatᷣ hoc vulnus. nõ em̃ in tali vulnere ꝑpter multã ſeꝑationẽ partiũ ⁊ diſtantiã que fit in ipo qñ inciditur neruꝰ ex toto ꝑpter multam cõtractionẽ partiũ nerui que cõtrahũtur eſt poſſibile fieri incarnationẽ ſolũ cũ mõ ligature: ſed oȝ ſuere vt ꝑtes idem melius poſſunt cõduci ⁊ ſeruentᷣ cõducte. ⁊ iõ ſi nõ fiat ſuitio nõ cõglutinatur: ſed tranſibit in vlcus qḋ poſtea diſtabit tꝑe lõgioꝛi ad cõſolidationẽ. Uel põt exponi. ꝙ ſi non fit hoc nõ cõglutinatᷣ. ſ. neruus inciſus: quaſi ꝑ hoc velit dicere ꝙ tale vulnus debet ſui: qm̃ ꝑ ſuitionẽ ꝑtes nerui inciſi melius adinuicẽ vniũtur. vñ in coꝛpibꝰ in quibꝰ poteſt reſtaurari vera ſolᷣo cõtinuitatis in neruis ꝑ ſuitiõem talis vulneris poterũt partes nerui vniri. Si aũt non fiat ſuitio: qꝛ ꝑtes iſte multũ ab inuicẽ diſtant ꝑꝑ cõtractiõem ipſaꝝ nõ vniẽtur adinuicẽ. ⁊ iſto mõ legẽdo nõ haberet hoc locũ niſi in quibuſdã coꝛpibus puerilibꝰ exñtibꝰ in etate puerili: ſicut ſupꝛa dictũ fuit in capitulo de vulneribus. nã ⁊ in alijs coꝛpibꝰ ⁊ ſi ſuatur hoc vulnꝰ: tũ ſolᷣo cõtinuitatis in neruo nõ vere reſtauratur. ¶ Deĩde cũ dic:

¶ Et ſi qñ ꝑperat res et times putrefactionẽ ſuccurre q̃ȝtũ tibi ẽ poſſibile. Qḋ ſi apoſtemetᷣ ⁊ adueniat frigus: ꝑueniet ei ſpaſmus: et putrefactio cõtrahit membꝛũ: quaꝑpter nõ oȝ vt icarnetᷣ caput vulneris: neqȝ colligatur niſi poſt ſanitatẽ.

¶ Ponit Aui. modũ curatiõis vulneris qḋ fit ꝑ latũ qñ nõ ex toto neruꝰ inciditur. ⁊ dicit. Et qñ ꝑpat res ⁊c. i. ꝙ qñ vulnꝰ ẽ tale ꝙ ad ipm̃ ꝑueniatur euẽtꝰ rei. i. apatus ⁊ repletionis multe in neruo ꝑꝑ vehemẽtẽ doloꝛẽ: ⁊ ex h̾ etiam timetur ne accidat putrefactio in neruo ꝑꝑ hũiditatẽ attractiuã replentẽ neruũ. ⁊ h̾ qdẽ timetᷣ: ſicut. ſ. appuit in vulnere nerui qḋ fit ꝑ latũ qñ nõ ex toto incidiᷣ neruꝰ ſuccurre q̃ȝtum poſſibile ẽ. i. tũc intẽde pꝛiuſ ad ea que ꝓhibent aduẽtꝰ iſtoꝝ: ⁊ ſic in tali vulnere nõ oȝ ꝓcedere ſtatim cũ his que incarnãt ⁊ adiuuãt ꝑtes vulneris: ſed ꝑ̃us oȝ ꝓhibere aduẽtꝰ iſtoꝝ vel remouere ipa ſi incipiũt appere. ꝙ ꝑ qꝛ: qꝛ ſi apatᷣ. ſ. tale vulnꝰ: ⁊ adueniat ei frigꝰ ⁊ putrefactio cõtrahitᷣ mẽbꝛũ: ⁊ ꝑdit motũ ſuũ: qꝛ qñ adueniũt ſibi illa: aut ex toto ſperãtᷣ ſicut ſi putrefiat: aut nec̃riũ eſt nos ex toto incidẽ vt ꝓhibeamꝰ aduẽtũ ſpaſmi: ſicẽ dcm̃ fuit pᷣ in cap̃. alio. hec aũt ẽ cã q̃re remanet mẽbꝛũ cõtractũ ſine motu. ⁊ iõ ſubdit Aui. Quaꝑpter nõ oȝ vt incarnetᷣ ⁊c. niſi poſt ſanitatẽ. i. niſi poſtq̃ȝ locꝰ ſanꝰ ẽ totꝰ ab illis accñtibꝰ que ſuſpectioꝛa ſũt q̃ȝ ſit ipm̃ vulnꝰ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cum ergo eſt in eo ſtrictura amplietᷣ: quoniã illud perducit ad putrefactionẽ vulnerũ per illud quod aggregatur ĩ eis de viris et alijs: et cum hoc doloꝛ ſit vehemens: quare nõ opoꝛtet vt incarnetur omĩno niſi poſtq̃ȝ exiccatur exiccatione decenti: ⁊ ſecuritas ſit ex omni apoſtemate ⁊ putrefactione. Et pꝛopter illud opoꝛtet vt ſoluatur ſtrictura ſuper medicamẽ et medicamen vt feſtinetᷣ ex alio. Et foꝛtaſſe ſoluitur in die: aut in nocte bis: aut ter. Et foꝛtaſſe eſt neceſſariũ vt facias illud iterũ in nocte illius diei: aut die illiꝰ noctis ſi fuerit in longitudine: et pꝛopꝛie quando illic eſt moꝛdicatio. Qḋ ſi nõ fuerit tunc neceſſitas illius erit minoꝛ: et ſufficiet bis facere illud mane et veſpe.

¶ In parte iſta Aui. ponit curã vulneris ſiue modũ curationis que debetur vulneri quod eſt punctura. et patet qḋ dicit. Et pꝛopter illud. ſ. vt ſtrictura ſuper medicamen: et medicamen. i. vt reiteratio fiat ligature: ⁊ remoueatᷣ medicamen: ſicut patet per ea que dicit. Et ꝑpꝛie quãdo eſt illic moꝛdicatio. i. quãdo ſentitur poſt medicamen appo

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſitum moꝛdicatio. hec eñ moꝛdicatio eſt propter ſaniem
aggregatam circa oꝛificiũ quã medicamen attraxit: vnde
ne ſanies ibi remaneat opoꝛtet deſiccare ⁊ abſtergere ſa-
niem: ⁊ deinde apponere medicamen. Et ex hoc habet
manifeſte ꝙ aggregatio saniei facit neceſſitatẽ vt medica
men in die ſepius renouet ſuper vlcus. ¶ Deinde cũ dic.

¶ Et opoꝛtet vt obſerues ĩ medicinis eo-
rum ne calefaciant vltra q̄ʒ ſit neceſſe ne-
qʒ abbꝛeuietur in calefactione neceſſaria
et ſimiliter in abſterſione ⁊ exiccatione ⁊
in contrario vtriuſqʒ. Cum ergo vider
quod iam calefactũ eſt: tunc infrigida ip
ſum .ſ. membꝛũ cum menſura que minu-
at additionẽ ab eo quod eſt neceſſarium.
Et quandoqʒ experiunt cerata facta cuʒ
euforbio ſuper crus hominis ſani ſimilis
ĩfirmo in cõplexione ſua et ipſius foꝛma
et conſiderat an ſupfluant in calefactiõe
eius: an non calefaciant ipſum in aliquo
de quo ſit curandũ: aut calefaciant ipſuʒ
calefactione tẽperata: et tũc ſm illã quan
titatem poſtea adminiſtrant ſuper infir
mum: et experiunt ſuper ipſum ſecundo
verũ vt experiãtur ſuper alium de illis q
ſimilantur ei in pꝛimis eſt melius vt non
ſit neceſſaria in experientia eoꝛum ſuper
ipſum alteratio plurima.

¶ In parte iſta ponit quoſdã canones obſeruandos in ad
miniſtratione medicaminũ in vulneribus neruoꝝ. ⁊ duo
facit. Pꝛimo ponit quoſdam canones ſpeciales circa ad
miniſtrationẽ medicinarũ que ſpecialiter adminiſtrant
in punctura: ⁊ circa adminiſtrationẽ etiam medicaminũ
que adminiſtrant in aperta fiſſura. ſecũdo ponit canoneʒ
generalẽ in omni vulnere neruoꝝ circa adminiſtratiõeʒ
cuiuſdã medicaminis ſpecialis. ſecunda ibi: Et de eo qđ
rectum eſt. Pꝛima in duas. Pꝛimo ponit quendã canonẽ
circa adminiſtrationẽ medicaminũ que ponunt in pun-
ctura. Secũdo ponit quoſdã cañ. circa adminiſtrationeʒ
medicaminũ que ponuntur in manifeſta fiſſura. ſecunda
ibi. Et cum hoc toto. Pꝛima in duas. pꝛimo ponit cano.
quẽ obſeruare opoꝛtet in virtutibus medicaminis qđ po
nitur in punctura. ⁊ docet coꝛrigere peccatuʒ quod aliqñ
contingit ex appꝛoximatione medicaminis circa hoc. Se
cundo circa hoc exponit experientiã quandã per quam
docet cognoſcere conuenientiã. ⁊ incõuenientia talis me
dicaminis qđ appꝛoximatur. ſecunda ibi: Et quãdoqʒ ex
periunt cerota ⁊c. Que dicit in his partib⁹ manifeſta ſũt.
Non eñ eſt noſtrũ ꝓpoſitum verba que per ſe poſſunt i-
telligi exponere. ¶ Deinde cum dicit:

¶ Et cum hoc toto cum neruus eſt diſco
opertus et vulnus amplũ valde non ſuf-
fert aliquid valde calidũ ſicut euforbiuʒ
et ſulphur et eis ſimilia: imo indiget me-
dicamine quod eſt ſicut tutia: et iterũ me
dicamine facto ex calce abluta ablutione
vltima in hoꝛa vna. Et opoꝛtet vt ſit ole-
um quod adminiſtrat in ceratis eius et
eius linimentis ſicut oleũ roſa. et myrti-
num quod nõ tetigit ſal: et glutinum ite-
rum quando adminiſtratur in iſtis medi
cinis opoꝛtet vt ſit ablutum. et mel iterũ
opoꝛtet vt ſit ablutum: et tutia opoꝛtet vt
ſit abluta: et nõ opoꝛtet omnino vt ſit in eis
de acuitate et moꝛdicatione. Et ſi fuerit
in eis ſtipticitas parua in curatione diſ-
cooperti: licet cũ virtute reſoluente ſine
moꝛdicatione et pꝛopꝛie quando infir-
mus eſt debilis complexionis.

¶ In parte iſta ponit cañ. qui obſeruari debet circa admi
niſtrationẽ medicaminũ in vulneribus neruoꝝ que ſunt
aperte fiſſure. ⁊ tria facit. Pꝛimo ponit cañ. circa ea que
eis cõueniunt ratione vulneꝝ vnde vulnera ſunt neruoꝝ.
Secũdo ponit cañ. quem ex dictis infert circa ea que eis
conueniunt. Tertio oſtendit quales ſunt medicine ad q̄s
poſſumus tranſcẽdere quãdo in eis queritur foꝛtis ⁊ ve
hemens exiccatio: aut vehemens ⁊ foꝛtis abſterſio. ſecũ-
da ibi: Membꝛa itaqʒ dignioꝛa. tertia ibi. Q. ſi fuerit illic
virtus aliqua. In pꝛima parte intentio Aui. in genere nõ
eſt aliud dicere niſi ꝙ medicina que conuenit vulnerib⁹
diſcoopertis debet eſſe deſiccatiua foꝛtiter abſqʒ moꝛdica
tione et cum aliquali abſterſione. ⁊ quia vehementer ca-
lida ſicut euforbium moꝛdicant: iccirco talia eis nõ con-
ueniunt. ⁊ quia etiam maxime debent eſſe remota a moꝛ
dicatione: iccirco bonũ eſt vt medicamina que in eis ad-
miniſtrantur ſint abluta: quoniã per ablutionẽ remouet
ab eis pars acuta in qua exiſtit moꝛdicatio. ¶ Caue tamẽ
circa hoc vt ea que abluuntur bene exiccentur ad ſolem
vt nõ remaneat cum eis aquoſitas: quoniã ipſa eſt vehe-
menter neruis nocitiua: ſicut dictum eſt pꝛius. Et propte
rea quia ſic timetur de nocumẽto aque. hinc eſt etiam ꝙ
aliquando abluimus cum aqua maris: aut cum lixiuio:
quoniam non ſunt putrefactiua: neqʒ ſic neruis nocitiua.
Oleũ autẽ quod adminiſtratur in cerotis iſtoꝛum nõ de-
bet eſſe caliditatis quaſi alicuius: ſed plus debet declina-
re ad ſiccitatem cum aliquali ſtipticitate: ita tamen vt nõ
ꝓhibeatur reſolutio a medicamine. Et propterea oleum
bonum ad hoc eſt oleũ roſeum ⁊ myrtinũ oleum ſine ſa-
le: quoniã ſal nõ eſt cõueniens cum moꝛdicet. Dixit autẽ
ſignãter de oleo ro. quod adminiſtratur in cerotis: quia
de oleo quod adminiſtratur gratia ſedandi doloꝛeʒ: hoc
verum nõ eſſet: immo opoꝛtet ꝙ tale oleum ſit calidum
mollitiuum: vt dictũ eſt ſupꝛa. ſed tale oleum nõ admini-
ſtratur intus in vulnere: ſed circa partes circũſtantes. ſe-
dato autẽ doloꝛe debent adminiſtrari medicamina exic-
catiua modica caliditate participantia. ⁊ propterea oleũ
quod adminiſtrat: tunc nõ adminiſtratur niſi gratia vt ad
miſceatur cum aliĳs medicinis vt fiant vnguenta ⁊ cero-
ta. hoc aũt melius eſt qđ ſiccitate aliqua ⁊ ſtipticitate par-
ticipet: ſicut eſt oleũ roſeũ ⁊ myrtinũ. ¶ Deinde cũ dic.

¶ Membꝛa itaqʒ dignioꝛa elongari a
frigido et aquoſitate et ventoſitate vl' vn
ctuoſitate et eis ſimilib⁹ ſunt cuʒ ſunt diſ
cooperta: non eñ eſt eoꝝ nocumentum
in diſcooperto cui obuiat et quod ledũt

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſicut eſt eoꝝ nocumentũ in eo cui non obuiat niſi parũ et nõ obuiat niſi ei quod continet ipſum et ipſum ſequitur: et ſi nõ fuerit excuſatio tunc ſm ꝙ diximus.

¶ In parte iſta Aui. ponit alium canonẽ circa ea que eis non cõueniunt: ⁊ iſte canon ex dictis infertur. Manifeſtum eſt enim ꝙ ea que ſunt nocitiua neruis plus nocent quãdo ad ipos immediate perueniunt ⁊ eos contangũt q̃z quãdo non perueniunt ad ipos immediate. nunc autẽ quãdo nerui ſunt diſcooperti hoc eis accidit citius: non autẽ ſic quãdo non ſunt diſcooperti. quare ⁊c̃. hoc eſt qḋ vult dicere Auicẽna. Et ſubdit. Et ſi non fuerit excuſatio non refertur hoc ad frigida ⁊ aquoſa: ſed refertur hoc ad vnctuoſa ſicut ad oleum: vnde expone. Et ſi non fuerit excuſatio: ſupple ad adminiſtrandũ oleum. ſ. propter dolorem aut propter ſubtiliare medicinas: tunc ſm ꝙ dixim⁹ ſupple adminiſtretur: quia cum adminiſtreť in circuitu membri vulnerati quãdo adminiſtratur gratia ſedatiõis doloris: aut adminiſtratur permixtum cum eis que reſiſtunt qualitati humectanti quãdo adminiſtrantur grã alterius intẽtõis: ſicut dictũ fuit ĩ pmo cap. ¶ Deĩde cũ dic̃.

¶ Quõ ſi fuerit illic virtus aliqua in creatione tunc nõ erit malum ſi adminiſtres trociſcos de colcotar: et trociſcos andronij et praſſium cum vino cocto: aut cum oleo: in hyeme quidem cum oleo ſubtili: ſed in eſtate cum oleo ro. et thus et glutinum albotin et albezard cum quantitate minore q̃z de medicinis diſcooperti.

¶ In parte iſta Aui. oſtendit ad quas medicinas licitũ eſt tranſcendere quãdo querimus multã exiccationẽ aut abſterſionem. ⁊ dicit. Quõ ſi fuerit illic virtus aliqua in curatione: hoc eſt dicere: ſi in modo curationis noſtre fuerit neceſſaria virtus. i. fuerit neceſſaria fortior virtus: vt quia ſit neceſſariũ fortiter exiccare: vt propterea: quia vulnus eſt in membro ſicco: ⁊ in corpore ſicco: ⁊ cum hoc ſũt ibi humiditates multe: aut neceſſariũ ſit fortiter abſtergere. propter eandẽ etiã cauſam non eſt malum ⁊c̃. q. d. tunc ſi queris exiccationẽ vehementẽ potes peruenire ad adminiſtrandũ trociſcos de colcotar qui ſunt trociſci quaſi ſimilati in virtute emplaſtri quod dicitur dyapalma trociſcos andaron. Si autem queris vehementẽ abſterſionẽ potes adminiſtrare praſſium coctum cum vino aut cum oleo: vt oleo oliue in hyeme: ⁊ oleo ro. in eſtate: quia propter caliditatẽ aeris indicatur vt nõ ſic oleũ calidũ adminiſtretur. aut potes adminiſtrare thus ⁊ glutinũ albotin ideſt terbentinã: ⁊ albezedar. i. galbanum cum quantitate minori q̃z de medicinis diſcooperti. q. d. adminiſtrẽtur illa in minori quãtitate q̃z alie medicine que dicte ſunt cõpetere vulneribus nerui diſcooperti. ⁊ hoc ideo: quia vt dictum eſt nerui cum ſint diſcooperti non ſic ſufferũt medicamĩa fortia: ⁊ ideo ſi peruenim⁹ ad aliqua adminiſtrãdum que ſint aliquantulũ fortia debent adminiſtrari in modica quantitate vt non accidat ex eis mordicatio et leſio in neruo. illud vult dicere Aui. in hac parte lꝫ obſcure loquatur: ¶ Deinde cum dicit:

¶ Et de eo quod rectũ ẽ qualiacũqꝫ ſint vulnera eſt vt ponať ſup medicamẽ methabazalenis infuſus in oleo.

¶ In parte iſta Auicen. ponit quendã canonẽ generalem q̃tum ad adminiſtrationẽ alicuius medicaminis quod competit in vulneribus neruoꝝ omnibus. Cauſa autem quare illius medicaminis conuenientia eſt in quolibet vulnere ſiue ſit pũctura ſiue fiſſura eſt: quia ſaltem in principio bonum eſt intendere in quolibet ad mitigationem doloris: propterea quia vulnera neruorum qualiacunqꝫ ſint eſt aptus conſequi dolor vehemens. Nunc autem hoc medicamen ipſum eſt mitigatiuũ doloris cum ſit medicina calefaciens temperate ⁊ mollitiuũ aliquantulũ: talia autẽ ſunt mitigatiua doloris ſicut habitũ eſt prius: propter quod illud medicamẽ in pricipio adminiſtrare ẽ cõueniens in quocunqꝫ vulnere: quodcũqꝫ ſit illud medicamen. Merahazalon ideſt lane ſucide vel lana iſopi quod idem eſt. ¶ Deinde cum dicit:

¶ Et ſicut neruus diſcoopertus eſt dignior alijs neruis vt alleuiatio fiat in eo: ſimiliter ligamenta que naſcuntur inter oſſa ſunt figurarũ digniorum vt operetur ſuper ea cum medicamine forti. Ligamẽta autem que continuantur cum lacertis ſunt inter vtraſqꝫ res.

¶ In partẽ iſta Aui. cum poſuit modũ curationis vulnerũ neruoꝝ cõprehendendo ſub neruis chordas comparat modum curationis vulneꝝ neruoꝝ ad vulnera ligamentorum: ⁊ cum hoc oſtendit quis ẽ modus curationis vulnerum que in illis accidũt. et patet quod dicit ex his que dicta ſunt prius. Ligamenta autẽ que continuãtur lacertis ſunt omnino inter vtraſqꝫ res. i. inter vulnera neruorum et inter vulnera ligamentoꝝ que coniungunt oſſa adinuicem: ⁊ ſic etiam modus medicaminis eoꝝ eſt medius. et totum hoc quod dicitur hic manifeſtum eſt ex his que dicta fuerũt circa finẽ pmi capli. ¶ Deinde cum dicit:

¶ Et de vulneribus a quibus neceſſe eſt magis elõgare aquã eſt vulnus nerui: et ſimiliter frigus q̃zuis minor eť: tamen eſt de rebus nocibilioribus ei: et oleũ iterũ nocet: et nõ eſt niſi apud ſedationẽ doloris calidũ. Et nõ oportet vt abluať vulnus neqꝫ cum aqua neqꝫ cũ oleo: immo ſollicitus ſis vt abſtergas humiditatem cum pãnis: aut lana ĩ fine lenitatis: neqꝫ etiã cum vino cocto niſi ſis ſecurus a nocumento humiditatis eius. Et quando exigit aliqua egritudinũ vt ſuper ipſam ponatur et ꝓprie ſuꝑ illud quod ẽ diſcoopertum oleum: tunc oportet vt tranſeat ſuper ipſum in primis vinum coctũ deinde oleum. Inquit Gal. Accidit cuidam homini punctura cum ferro minuti capitis et diſrupta eſt cutis et continuata eſt quibuſdam neruis manus eius. medic⁹ ergo poſuit emplaſtrũ quod iam expertus fuerat in incarnatione vulnerũ magnoꝝ in carne: quare apoſtematus eſt locus. Et poſtq̃z apoſtematus fuit poſuit

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

deſuper medicinas mollificātes ſicut em
plaſtꝝ de farina tritici ⁊ aqua ⁊ oleo: q̄re
putrefacta ē manus hoīs ⁊ mortuus eſt.
¶ In parte iſta Aui. oſtēdit qualia medicamina conueni-
unt in vulneribus neruoꝝ. ⁊ oſtendit ex dictis qualia ma
xime in eis debent caueri. ⁊ totum hoc manifeſtū eſt ex di
ctis prius. et p̄mo facit hoc. ſecūdo idem quod dixerat af-
firmat per quedā experimenta Galie. ſecunda ibi: Inqt
Gal. ⁊c̄. Q̄d dicit in oib⁹ ptib⁹ patet. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et quādo accidit ſpaſmus ex vlcerib⁹
in eis tunc de eo quod neceſſariū eſt ſi iā
ſtricta fuerit fiſſura cutis eſt vt aperiatur
et adminiſtrent̄ medicine cōferentes il-
lis vlceribus exiccātes ea ſubtiles valde.
Et vt ſit ſollicitudo in hoc vt perueniat
ad p̄fundū. Et quādo eſt vulneris diſru
ptio et punctura et nō eſt apoſtema: tunc
curatio eſt curatio localis. Et oportet vt
ſit fortioris caliditatis ⁊ fortioris exicca-
tionis q̄z illud quod adminiſtrat̄ ſup̄ ſciſ
ſuram: quoniam illud penetrat ad egri-
tudinem facilius.

¶ In parte iſta componit modū curationis vulnerū ner-
uorum per quem docuit prohibere ne eis ſuperueniāt ac
cidentia moleſta ſicut ſpaſmus ⁊ apoſtema. ponit modū
curationis per quem docet remouere iſta cuz accidunt. ⁊
duo facit hic. quia primo facit hoc. ſecundo oſtendit quid
fiendum cum accidit apoſtema. ſecunda ibi: Et cū dolor
facit accidere ⁊c̄. In prima parte quia ſpaſmus maxime
accidit ex retētione humiditatis in neruo que non poteſt
reſpirare ad extra: ⁊ hoc maxime accidit in punctura. ic-
circo Aui. hunc modū curationis ſpaſmi applicat ad pū-
cturam. Primo ergo dat modum cōuenientē curationis
huius q̄ztum ad localia que debent adminiſtrari in ipſa.
ſecundo q̄ztum ad modū diete quē obſeruare oportet. ſe-
cunda ibi: Et oportet vt ſit ⁊c̄. Quod in prima parte dicit
notum eſt ex p̄dictis: Dicit ergo. Et quando accidit ſpaſ-
mus ⁊c̄. quoniā vulnus eſt diſruptio ⁊ punctura. i. eſt diſ
ruptio que eſt punctura. Et nō eſt apoſtema: tunc curatō
eſt cura localis quia tunc ſolū oportet intēdere ad ea que
cōueniunt vulneri vnde vulnus eſt nerui. nec oportet ali
am intentionē habere que reſpiciat accidentia vulneris.
hoc vult dicere. Reliquum q̄d dicit planū eſt. Tūc cū dic̄

¶ Et oportet vt ſit regimen vulnerati in
neruis ſubtile ⁊ vt ſit in vltio ſubtiliatōis.
¶ Oſtendit qualis modus diete conuenit quando ſupue-
nit vulneri accidens moleſtum quod eſt ſpaſmus. debet
enim eſſe regimē ſubtile in vltimo ſubtiliationis: quoniā
tale accidens facit egritudinē peracutā materialē in qua
competit dieta vltima tenuis: ſicut oſtēſum eſt in p̄mo re
giminis acutoꝝ in p̄ma particula affor. Et intellige q̄ ta
lis modus dietationis nō ſolum obſeruari debet quādo
ſuperuenit accidens moleſtum: verumetiā debet obſer-
uari ne adueniat. ¶ Deinde cum dicit:

¶ Et cum dolor facit accidere apoſtema
tunc neceſſariū eſt dare cibum: ⁊ proprie
quādo vulnera ſunt in latitudine: nā ne-
ceſſaria eſt flebotomia vene ſine ſollicitu
dine et ſine timore ſincopis. verbi gratia
et oportet vt ſit ſtratus ei⁹ humidus. Et
obſerues mēbra p̄pinqua vulnerib⁹ cuz
inunctione: et ſimil'r caput eius ⁊ collū ⁊
ſubaſcellas ipſius cum inunctione ſi fue-
rit vulnus in ſupioribus: ⁊ ſimil'r pectinē
et inguina et p̄prie ſi fuerit vulnus in in-
ferioribus et partibus cruris.
¶ Oſtendit modum qui cōuenit quando ſuperuenit apo
ſtema: ⁊ omnia que dicit ſunt nota ex predictis ſi ipſa bene
conſideres. non em̄ eſt vtile idem multotiens reiterare.
Sed id verbum quod dicit in principio: ⁊ quando dolor
facit accidere apoſtema: tunc neceſſarium eſt dare cibuz
ſcʒ talem quē diximus: vtputa qui ſit vltime tenuis: quo-
niam et in hoc conuenit etiam dieta que eſt vltime tenuis
aut propinqua ſit illi donec apoſtema ſedetur. vnde non
intelligit q̄ ſit neceſſarium dare cibum ſicut videtur l'ra
ſonare: ſed expone vt iam dictum eſt.

¶ Medicine vulneꝝ neruoꝝ ⁊ vlceꝝ ipſoꝝ. Cap. iij.

S Lutinū albotin eſt de melioribus
medicinis vulneꝝ neruoꝝ: verū
illis qui ſunt ſicut infantes et mu
lieres ⁊ cuius complexio eſt vehemētis
humiditatis ſufficit quod eſt ſicut gluti-
num albotin ſolū puluerizatū cum pauco
oleo quod ip̄m leniat ⁊ viſcoſum faciat ſi
fuerit ſiccū et reſina loco eius. In illo au
tem cuius complexio eſt ſiccior ⁊ caro du
rior oportet vt miſceat̄ cū eo euforbiū: et
quod eſt ei ſimile aut vetus aut recēs aut
parū aut multū ſm̄ cōplexionē corporis
et eius calefactionē. Et ſit ſumma ei⁹ q̄d
datur de forti recēti. xij. p̄s kerat: aut de
glutino albotin: aut ei ſimili ſit tertia p̄s
kerat: aut eius cum quo miſcetur. Et q̄n
q̄z admiſcet̄ ei preter euforbiū de lacte ti
timali q̄n̄ ē mirabile: ⁊ de aſſa ⁊ de ſera-
pino ⁊ de oppoponaco: ⁊ q̄d ē debili⁹. ſ.
baurach ⁊ ſpuma eius: ⁊ ſulphur calefa-
ctum cum oleo ſm̄ quātitatem ſorditiei
balnei ⁊ flos lapidis aſſus et omne attra
ctiuum humiditatum ad exteriora et dra
gantū iterum: ⁊ cinis purgationis eris et
cōglutinatio auri: ⁊ fortaſſe nō reperitur
in principijs vulnerū neruorum niſi fer-
mentum et adminiſtrat̄ et confert eis et
attrahit ex profundo attractione bona: ⁊
multotiens ſumat̄ cum ſorditie vaſorum
apum cum nō eſt preſens euforbiuz: aut
farina lolij cum aqua cineris emplaſtra-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ta:et adminiſtratio glutini albotin ē me/
lioꝛ res cum qua incipitur: et poſt ipſum
ſicut emplaſtrum baſilicon confoꝛtatum
cum eo cum quo opoꝛtet vt confoꝛtetur
de illis que dicta ſunt:ꝛ foꝛtaſſe permiſce
tur cum ceratis et calefacit ea . et opoꝛtet
vt ſit ablutum:et quod eo melius eſt: ꝛ il
lud quod eſt ablutum cuꝫ aqua maris in
ſole calido:et q̄ꝫto plus abluitur fit ma/
gis iuuatiuū. Et de medicinis bonis eſt
medicamen. Galie. compoſitum ex cera
ꝛ euſoꝛbio ꝛ pice et oleo groſſo:et de vno
quoqꝫ ſit pars media et de oleo ps vna:
et oleum balſami cum ſubtilitate ſua nō
eſt multe calefactionis:dico pꝛopter ve/
locitatem ſue reſolutionis . Et cum vul/
nera fuerint gauziratum:aut punctura ꝛ
non aſſociatur eis apoſtema neqꝫ putre/
factio:tunc opoꝛtet vt adminiſtretur em/
plaſtrum cum euſoꝛbio: aut fimo colum
bino:ponatur in coꝛpoꝛe ſubtilioꝛe euſoꝛ
bium et in ſpiſſioꝛe fimus columbinus:
et adde et minue ſm q̄ vides de diſpoſi/
tione coꝛpoꝛis et eius foꝛma:et dilata ſi
ſunt ſtricta. Et ſcias q̄ medicamē quod
neceſſarium eſt in gauzi neceſſariū eſt vt
ſit foꝛtius eo qđ eſt neceſſarium in ſciſſio
ne. Et cum accidit in vulneribus putre/
factio tunc ſerapinum eſt bonum et fari/
na herbi. verum cum accidūt apoſtema/
ta tunc farina oꝛdei et farina fabarum et
farina herbi iterum que iam decocte ſūt
cum aqua cineris:aut aqua pura in qua
ſit virtus ſerapini. Et cum vides vulne/
ra ad ſanitatē peruenire non timeas tunc
adminiſtrare deſuper vinuꝫ coctū: opoꝛ
tet ergo vt adminiſtres medicinas infu/
ſas in eo:deinde calefac ipſum et accipe
ip̄m cū pannis infuſis ꝛ ſtringe deſup.

¶ Pꝛius Auicen. poſuit modū curationis vulnerum ner
uoꝛm. in parte iſta in ſpeciali ponit medicamina ſimpli/
cia et compoſita que ſunt conuenientia eis ſm p̄dictas
intentiones. Et diuiditur pars illa in duas. In pꝛima p/
te ponit medicamina que ſunt cōuenientia vulneribus
neruoꝛum et ratione vulnerum ꝛ ratione accidentium ꝛ
conſequentiū vulnera. In ſecunda parte narrat in ſpeci
ali quaſdam medicinas ſm dicta Galieni que admini/
ſtrantur in his vulneribus ratione accidentium ſuperue
nientium eis. ſecunda ibi: Iam ſcitur ex eis que pꝛemiſi
mus ꝛc. Pꝛima pars diuiditur in duas. Pꝛimo narrat
medicamina que ſunt cōuenientia eis dum ſunt in ſuſpe/
ctione. ſecundo narrat medicamina que conueniunt eis
dum pꝛocedunt in viam ſanationis. ſecunda ibi: Et cum
vides vulnera ad ſanitatem ꝛc. Pꝛima in duas. Pꝛimo
narrat medicamina que conueniūt vulneribus ratione
ip̄oꝝ vulnerū. Secundo narrat medicamina que conue
niunt vulneribus cum in eis iam ſuperueniunt acciden
tia vtputa putrefactio aut apoſtema: ꝛ pꝛecipue quando
illa contingunt ex retentione humiditatis in neruo vul/
nerato. Secunda ibi: Et cum accidit vulneribus putre/
factio. Pꝛima in duas. Pꝛimo ip̄e narrat medicamina di
uerſa conuenientia vulneribus neruoꝛum ſm diuerſita/
tem coꝛpoꝛum ꝛ ſm diuerſitatem vulnerum. In ſecunda
parte in generali docet diſtinguere inter medicamina q̄
conueniunt in punctura: ꝛ medicamina que conueniunt
in aperta fiſſura: vt per hoc ſciamus q̄ medicamē quod
ponit eſt cōueniens in punctura: ꝛ q̄ eſt conueniens in fi
ſura. ſecūda ibi: Et ſcias q̄ medicamen quod neceſſariū
eſt. Pꝛima pars poſſet diuidi in tot partes quot ſunt me/
dicamina que ponit. et patent. Et ſi bene conſideraſti ea
que dicta ſunt in pꝛecedenti capitulo : ꝛ iſta que dicit hic
manifeſta ſunt q̄ꝫtum ad intentōnem pꝛincipalē. ꝛ etiam
ſi bene conſideraſti ea que ſunt dicta tu ſcies diſtinguere
quod medicamen eſt conueniens in punctura: ꝛ quod eſt
conueniens in fiſſura: ꝛ pꝛopterea q̄ꝫtum ad hoc nō opoꝛ
tet inſiſtere: ſed ſolum ſunt quedam exponēda. Glutinuꝫ
albotim ideſt terbentina eſt de melioꝛibus medicinis vul
nerum neruoꝛū: pꝛopterea quia in ſe aggregat oēs con/
ditiones pꝛedictas. pꝛius eſt enim calida nō multe calidi
tatis ſicca ꝛ attractiua ꝛ ſubtilis ſubſtantie. et pꝛopterea ē
quaſi ſicut medicamen cōmune ad omnia vulnera neruo
rum ſiue ſit vulnus quod dicitur punctura ſiue ſit aperta
fiſſura. verū quia in punctura requiritur foꝛte medicamē
in fiſſura non ſic. Etiā quia medicamen in vno coꝛpoꝛe re
quiritur foꝛtioꝛis exiccationis ꝛ caliditatis foꝛtioꝛis q̄ꝫ in
altero coꝛpoꝛe. hinc eſt q̄ ip̄a permiſcetur cum alijs me/
dicinis denſis que ip̄am reddunt foꝛtioꝛis virtutis. neqꝫ
adminiſtratio eius ſolius ſufficit ſemper: ſed in quibuſdā
coꝛpoꝛibus in quibus nō foꝛti indigemus exiccatione et
attractione: ſicut ſunt coꝛpoꝛa muliebꝛia ꝛ infantiū: ꝛ coꝛ/
poꝛa mollia ſufficit adminiſtratio eius ſoliꝰ. in alijs opoꝛ
tet ei admiſcere alia medicamina: vt poſtea ponit . Pul/
uerizatum ꝛc. illud verbū dupliciter poteſt exponi: vno
modo ſic: ꝛ conſtruatur ſic: tamē retinū puluerizatū ideſt
mixtum cum pauco oleo quod ip̄m leniat ꝛ viſcoſum faci
at: ſi fuerit ſiccum. ſ. coꝛpus eſt in loco eius quaſi per hoc
vult dicere q̄ in coꝛpoꝛe aliquantulū ſiccioꝛi adminiſtra
tur reſina: quia ſicut glutinū albotim ſolum conuenit in
coꝛpoꝛe humido: ꝛ ita in coꝛpoꝛe aliquantulū ſiccioꝛi ſuf
ficit raſina. nam raſina eſt plus exiccatiua q̄ꝫ glutinū. ꝛ iō
in coꝛpoꝛe quod ſit parum ſiccius eſt cōueniens reſina: ſi
cut ſi eſſet adhuc ſiccius opoꝛtet miſcere euſoꝛbiū : quod
plus exiccat. Alio modo poteſt illud verbū ſic exponi: ta/
men retinum reſina ſi fuerit ſicca. i. ſi fuerit ſubſtantie ſic/
ce et dure: quia hoc gummi aliquādo induraſ. pulueriza
tum. i. mixtum cum pauco oleo quod ip̄m facit viſcoſum:
et leniat. eſt loco eius. quaſi per hoc vult dicere q̄ ſi non
inuenitur glutinū accipiatur reſina et miſceatur cum ali
quantulo olei: ꝛ hoc eſt loco glutini. ꝛ hoc etiā eſt verum.
nam cum retinū non ſit multū ſiccius glutino albotim: ſi
miſceatur cū aliquantulo olei remittitur exiccatio eius ꝛ
efficitur hoc medicamē ſimile glutino in virtute albotim
quando ſolum adminiſtratur. Et iſta expoſitio videſ cō/
coꝛdare ei qđ dicit Gal. ſexto. de inge. ſa. Dicit enī q̄ ſi gū
ma fuerit ſicca: ſicut reſina aliquantulū olei tumeſcebis:
et ſit ſumma eius quod datur de foꝛti recenti. ſ. euſoꝛbio.
xij ps ceroti. ꝛ de glutino albotim aut ei ſili ſit 3ª ps ceroti
ꝛc. vbi gr̄a. hec ꝓpoꝛtio ſic pōt fieri in hac p̄mixtiōe euſoꝛ
bij. ʒ. j. glutini. ʒ. iiij. cere. ʒ. vij. Uel ſi miſceas tūc poteſ po

nere olei.ʒ.v.cere.ʒ.ij.fiat cerotū.⁊ poſt ipm ſicut emplm
baſilicon confortatū. Emplm baſilicon eſt illud qđ fit ex
reſina pice nigra colofonia cera ⁊ oleo partibꝰ equalibꝰ:
vt dicit Serapio in ſuo antidotario cap.de vnguētis.⁊ di
citur cōfortatū quādo permiſcent cum eo de his que di⸗
cta ſunt vt glutinū albotim: aut ſerapinū: aut euforbium
ſm diuerſitatē vulneꝝ ⁊ etiā corpoꝝ. Et fortaſſe pmiſcet
cū cerotis vt calefaciat ea id poteſt referri ad glutinum:
qm̄ glutinū calidū eſt: ⁊ ſermo ſuus imediate fuit de glu⸗
tino. Sed melius videt vt referat ad euforbiū: qm̄ h̄ me⸗
lius cōpetit et cū euforbiū calidiſſimuꝫ ſit.⁊ oportet vt ſit
ablutū.illud verbū refert ad glutinū: ⁊ hoc intellige.ſ.ꝙ
debet eſſe ablutū qn̄ adminiſtrat ſup neruos diſcoopertos:
qm̄ tunc medicina maxime debet eſſe a mordicatione re
mota: vt habitum eſt prius.ſed ſi deberet adminiſtrari in
punctura nō deberet ablui: qm̄ in tali cōpetit medicinaꝫ
eſſe fortē. Et nota ꝙ docet abluere cū aqua maris: qm̄ ip
ſa exiccatio eſt vehemēs: vnde nō eſt nocitiua neruis ra⸗
tione humectatiōis ſicut aqua ſimplex ⁊ pura ⁊ oleo groſ
ſo.vbi Aui.dicit de oleo groſſo. G.ſexto de inge.ſani.ſm
lrām que cōmuniter habet dicit oleū ſepinū.ſed credo ꝙ
illa littera ſit mala: ⁊ ꝙ Auic.habuit malā trāſlationē.qa
vbi dicit oleū ſepinū: credo ꝙ debeat dici oleū ſabuinuꝫ.
quia illud oleū pre ceteris laudat inter olea q̄ fiunt ex oli
uis.quia tn̄ Aui.forte habuit litterā ſicut ⁊ nos habemus
expoſuit illud verbū ꝙ per oleū ſepinū intelligeret oleū
groſſum. per oleū autē groſſum intelligamus nō ſicut ſo
nat vocabulū oleū groſſaꝝ partiū q̄tū ad virtutē: ſicut ē
oleū putrefactū ponticū frigidū: qm̄ illud oleū ſicut ap⸗
paret ponit in medicamine qđ eſt cōueniēs puncture: vt
apparet per ea que ingrediunt cōpoſitionē huius medi⸗
cine. Oleū autē qđ in hac cōpetit debet eſſe calidū pene⸗
tratiuum ⁊ exiccatiuū.ꝓpter qđ dices ꝙ per oleū groſſū
intelligit Aui.fecem olei.qm̄ vt Serapio ponit in ſuo li⸗
bro de ſimplicibꝰ in cap.de oleo.tn̄ quidē eſt calefactiua ⁊
exiccatiua ⁊ reſolutiua ⁊ cōueniēs in vulneribꝰ corporū
ſiccoꝝ.aut per oleum groſſum intelligit oleū vetus. Nā
oleū quādo vetuſtū fit ingroſſat.tale aūt oleū.ſ.vetus eſt
cōueniens in punctura: ⁊ debet adminiſtrari cū medici⸗
nis que ponunt ad puncturā.⁊ ꝓpterea Serapio in pāſ⸗
ſignato ca.dicit ꝙ ſi nō habes oleū vetus ⁊ indiges ipſo
coque oleū donec fiat ſicut mel ⁊ vtere ipo: qꝛ virtus eius
eſt ſicut virtus veteris.ꝓpter qđ oleum per ingroſſatiōeꝫ
factā a calido ipm efficit virtutis fortioris.⁊ iſto modo vi
detur hic intelligere oleū groſſum: qꝛ intelligit oleuꝫ qđ
ingroſſatū eſt ex antiquitate: aut oleū qđ factū eſt groſſū
per decoctionē: vt etiā in hoc aſſimilet oleo antiquo.oleū
em̄ qđ ſic groſſum eſt: eſt calidū ⁊ magis aperitiuū ⁊ ma⸗
gis deſiccatiuū: ⁊ virtus etiā eius eſt potentior penetrare
ad ꝓfundū.oīa autē hic cōueniūt medicamina q̄ debent
adminiſtrari in punctura.⁊ iſta videt eſſe eius intētio per
ea que ſubdit: ⁊ oleū balſami cū ſubtilitate ſua ⁊c̄. et vult
dicere ꝙ bonū eſt accipere in tali medicamine qđ debet
calefacere oleū qđ eſt ita groſſum: qꝛ oleum qđ eſt multū
ſubtile in ſubſtātia dato ꝙ ſit multe caliditatis in virtute
ſicut oleū balſami: tn̄ tale oleū qꝛ velociter euaporat ⁊ re
ſoluit ipius ſuba a mēbro ꝓpter ſubtilitatē nō multū cale
facit. Et propterea qn̄ querimꝰ vt multa ſit virtus calefa
ctiua in medicamine meliꝰ eſt admiſcere ſibi oleū groſſū
illo modo: qm̄ ipm nō ſic reſoluit ſm ſubſtātiā: ſed virtus
eius plus ꝑdurat in mēbro: ⁊ per cōſequēs tale amplius
calefacit.⁊ hec eſt etiā intētio Auicē. Et cū vulnera fiunt
aguzezi: aut ꝑ ideſt: punctura: aut ꝑ ideſt tergumazi ideſt
punctura ſtricta: ⁊ cū accidit vulneribꝰ putrefactio: tunc
ſerapinū eſt bonū: qm̄ ſerapinū exiccat ⁊ abſtergit ⁊ pu⸗
trefactionē remouet: ⁊ farina etiā orobi exiccatiua eſt ve
hementer. Verūtamē cū accidūt apata ⁊c̄. illud quidem
maxime refert ad apoſtemata que accidūt ex retētiōe hu
miditatis in neruo: ſicut apparet ex dictis prius. ſi auteꝫ
cauſa principaliter in hoc eſſet dolor tunc oportet ꝓcede
re ſicut ſupius dictū eſt cū his que doloris mitigatiua ex⸗
ſtant. Alia que dicit Aui.in iſto cap.ſatis nota ſunt.

De apatibus que accidūt neruis vulneratis. Cap.iiij.

i Am ſcitur ex eis q̄ p̄miſimꝰ et ſci⸗
re fecimus ex canone curationis
neruoꝝ quis ſit modus curatōis
apoſtematū que accidūt eis cū vulnerāt
et oportet vt iteremus illud explanādo:
Dico ergo illud qđ Gal.dixit i libro ca⸗
tagenis. Inquit. Cū accidit in vulneri⸗
bus neruoꝝ ⁊ mēbroꝝ neruoſoꝝ flegmō
et flegmon ē fortis inflāmās valde tūc oꝫ
vt adminiſtrent in curatiōe eiꝰ medicine
facte cū aceto ⁊ lapidibꝰ mineralibꝰ quas
dixit: et plurimū eoꝝ eſt in tractatu ſcđo
catagenis: quaꝝ vna hec eſt. Rx.calcadis
ʒ.j.⁊ quartā.et dragāti.ʒ.ix.et.ſ. ⁊ quartā
et ſcorie plumbi.℥.ij. et.ʒ.ij.ſ.et corticum
thuris.℥.j.ſ.bezrad.℥.j.⁊ cere.℥.vij.⁊ olei
ix.℥.et aceti fortis lib.ij.et quartā: teran⸗
tur medicine ſicce et infundant cū aceto
x.diebꝰ et ſoluant ea que ſoluunt ⁊ infri
gidant: et miſceant in olla et miſceātur
motu exquiſitiſſimo donec equent: et oꝫ
vt diſtilletur ſup mēbrū infirmū ex oleo
bis aut ter in die. Et cū ponit hoc medi⸗
camen deſup oꝫ vt ponat ſup ipm deſo⸗
ris lana iā infuſa in aceto ⁊ oleo calefactꝭ
equali caliditate. Nā nō eſt aliquid no⸗
cibilius oīno neruis infirmis neqꝫ dete⸗
rius ſup eos q̄ꝫ illud qđ eſt frigidū. Qđ ſi
neceſſariū ſit emplaſtrare iſta mēbra in
diſpoſitiōe emplaſtro facto cum aceto et
melle et cinere: tūc oꝫ vt emplaſtrū ſit co
ctum ⁊ vt ſit farina eius farina herbi. Si
autem non fuerit tibi preſens tunc admi
niſtra farinam fabarum aut ordei.

In iſto cap: ſicut dictū eſt Aui.in ſpeciali ponit quaſdaꝫ
medicinas que poſite ſunt a Gal.que cōueniunt vulneri
bus ratōne accidentiū que ſuperueniūt aliquādo neruis
vulneratis maxime aūt illa accidētia q̄ ſupueniūt neruis
vulneratis maxime videntur eſſe duo: aut apoſtema ca⸗
lidū aut eſt putrefactio accidēs eis.⁊ apoſtema molle ge
neratur ex aggregatiōe humiditatis in neruo mollifican
do ſubſtantiā nerui ⁊ faciendo ipam cadere in putrefacti
onem.ꝓpter quod Aui.duo facit. Primo narrat quedaꝫ
ſpecialia medicamina que cōueniunt vulneribꝰ neruorū
qn̄ in eis accidūt apoſtemata calida.ſecundo narrat q̄dā
medicamina que cōueniunt vulneribꝰ neruoꝝ qn̄ in eis
accidit putrefactio aut apoſtema in quo laxatur ⁊ molliſi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eatur ſubſtātia nerui ⁊ tendit in viā putrefactōis.ſcđa ibi
Q. ſi neceſſariū fuerit emplaſtrare.Circa primā partem
intellige ꝙ illud medicamē qđ ponit Aui.hic. poſitū eſt
a Gal.catagenis.i.in libro compoſitaꝝ medicinaꝝ:quia
debet adminiſtrari in vulnere nerui quando ſuperuenit
calidū apoſtema inflāmans valde:non imediate ſup ner
uum.timor em̄ eſſet valde de mordicatiōe ipſius:ſed debꝫ
poni ſup orificiū vulneris extra:qm̄ deſiccatiuū eſt vt cō
uenit cōplexioni nerui ⁊ rōne aceti infrigidatiuū etiā ꝓ
hibens apoſtema:⁊ qꝛ ad tale apā cōſequit᷑ dolor: iccir
co debet fieri inunctio in circuitu mēbri cū eo qđ eſt molli
tuū ⁊ ſedatiuū doloris mixtū cū eo qđ ꝓhibet inflāmatio
nem ſicut eſt oleū oliue cōmixtū cū aceto:⁊ ꝓpterea ſub
dit Aui.Oportet vt diſtillet᷑ ſupra membrū infirmum ex
oleo bis vel ter in die ⁊c̄.⁊ ſic debet exponi . Bedezar.i.
galbani.¶ In ſecūda parte Aui.dicit ꝙ ſi neceſſariū fue
rit emplaſtrare illa mēbra in diſpōne apatis:qđ ſic debet
exponi: qꝛ ſi ſit neceſſariū ēplaſtrare mēbra hec in diſpo
ſitione.ſ.putrefactionis:aut in diſpoſitiōe apatis qđ ↄtin
git ex aggregatiōe humiditatis mollificātis ⁊ laxātis ſub
ſtantiā nerui ⁊ faciētis eā tendere in viā putrefactionis.
tūc em̄ bonū eſt emplaſtrū factū ex farina orobi cū aceto
et melle ⁊ aqua cineris que adinuicē coquant᷑ vt vniatur
virtus eoꝝ.hoc em̄ emplaſtrū deſiccat hūiditatē: remo
uet mollificationē ⁊ laxationē factā in ſubſtātia nerui et
putrefactionē etiā tollit.⁊ hoc mō debet intelligi dictum
Aui.ſic etiā.Et hec oīa ſatis manifeſta ſūt ex his q̄ multo
tiēs dicta ſunt in cap.ꝑdicto de curatiōe vulneꝝ neruoꝝ.

¶ De attritione neruoꝝ ⁊ eoꝝ torſione. Caplm̄.v.

Cum neruis aduenit attractio tūc
ſi non fuerint cū eo vulnera neqꝫ
apoſtemata ad hoc curetur cū eo
qđ ſedat dolorem:et ſimiliter qn̄ accidit
apā tūc nō cures ipm̄ cū eo qđ rūpit ſicut
aqua cineris et ſiſia:imo cura ipm̄ cū ſe
dātibus dolorē:et ſilr oꝫ vt embrocetur
mēbrū cū oleo calefacto embrocatiōe cō
tinua:et ſint in virtute illius olei mollifi
catio et reſolutio et de oleis bonis in hoc
eſt oleū anetinū ⁊ oleū de alachoen ⁊ ole
um de ruta.et ſilr emplaſtra cōuenientia
ad illud.et ſilr maluauiſcus eſt mirabilis
cū terit᷑ et ponit᷑ ſup neruos tritos.et ca
ro verneriarū eſt mirabilis:⁊ fortaſſe cu
ratur cū cepe bis cocta . Qđ ſi fuerit illic
apoſtema tūc in ſedatiōe apatis eiꝰ eſt vt
adminiſtret᷑ deſup cōgelatū vue cū vino
et pauco aceto et oleo cū quātitate cōue
niente et calefiat cū equalitate.⁊ ſubmer
gat᷑ lana ſordida ⁊ ꝓprie lana iſopi ⁊ po
natur deſup.et ſi fuerit hec leſio in iūctu
ris tūc illic ē melius vt ſedet᷑ dolor et po
nat᷑ medicamē fortius et cōpoſitū cū eo
qđ maturat et reſoluit:ſed cū ſtipticitate
tempata:et opponat᷑ ꝑ id apāti et nō ad
dat in eo.et cōſidera in dolore et apāte et

intēde ad id ex eis qđ ē vehemētioris in
tētionis.et qn̄ nō eſt dolor tūc ꝓfora ⁊ ad
miniſtra id qđ eſt forte ſicut aqua cineris
et acet ū et vinū iteꝝ.Et qn̄ apā iam ꝓlō
gatū e ſt tunc conforta medicamen factū
cū aq̄ cineris:et qđ ſit cū ſorditie balnei.

¶ Supius Aui.docuit modū curatiōis ſolute cōtinuitatis
accidētis in neruis:que ſolutio cōtinuitatis eſt manifeſta
fiſſura:⁊ que eſt inter attritionē ⁊ torſionē que appellat᷑
vulnus.mō in parte iſta docet modū curatiōis ſolute con
tinuitatis accidētis in neruis:que ſolutio cōtinuitatis nō
eſt ſolutio manifeſta que ſit manifeſte fiſſura:⁊ hec ſolutō
cōtinuitatis dicit᷑ attritio ⁊ contorſio. Eſt autē differētia
inter attritionē ⁊ cōtorſionē: quoniā ſicut extrahitur ex
his que dicta ſūt ſupra in tractatu ſecundo iſtius quarte
Fen circa pricipiū.⁊ ex his que dicūtur auctoritate Aui.
Fen ſecūda:primi canonis in caplo de ſpēbus ſolutiōis
continuitatis:Attritio eſt quādo accidit neruis ſolutio cō
tinuitatis que nō eſt manifeſta: ſed occulta inter partes
nerui.quod eni accidit carni in cōtuſione accidit neruo
in attritione.vnde ſicut in carne quādo ↄtundit᷑ ſit ſolu
tio ↄtinuitatis ⁊ multi nerui inter ptes carnis que nō eſt
ſenſibilis:ita ⁊ ſit in neruo quando atterit᷑.⁊ propterea
dictū eſt ſupra ꝙ ↄtuſio ē accidēs lacertis ſm mediū ipſo
rum quod ē pars carnoſa: ſed attritio accidit ptibꝰ extre
mis ipſorū que ſūt neruoſe:propter quod in carne ↄtu
ſio vocat᷑:in neruo accidēs vocatur attritio:ſed torſio vel
contorſio dicit᷑ quādo mēbrū ſeparatur a iunctura: nō ta
mē ſeparatione integra ⁊ manifeſta:ſed occulta ꝓpter ex
tenſionē que aduenit ligamēto ꝓpter quā extenſionē ac
cidit cōmotio ligamēti in iunctura ⁊ in eo quod cōtinet᷑
de ipo in carne.vnde accidit aliquātulū ſeparationis. li
cet nō integra ſeparatio ſicut ſit in diſlocatiōe.Et ſub tor
ſione quidē cōprehendit᷑ hic quedā diſpoſitio que voca
tur euguamen que ē infra torſionem que eſt diſpoſitio in
qua ſolū accidit attritio in ligamēto pter qđ fiat aliqua ſe
paratio mēbri a iūctura.Et ex hoc appet ꝙ attritio ē di
ſpoſitio quedā q̄ pōt accidere neruis ⁊ chordis ⁊ ligamē
tis:ſed torſio cū ſit diſpō in qua fiat ſeparatio aliqua mē
bri a iunctura.licet nō integre ipa ꝓprie ē diſpoſitio q̄ ac
cidit ligamētis q̄ ↄiungūt oſſa adinuicē.¶ Ulteriꝰ appa
ret ꝙ cū attritio nō ſit ſolō ↄtinuitatis manifeſta intētio
curatiua in ipo nō ſumit᷑ ab ipſa ſolutione ↄtinuitatis: q̄
niā cū ſolō q̄ in ipa accidit ſit numerꝰ multus ⁊ parue qꝫ
titatis qꝫtū ē ex ſe ꝑ ſeipſā ↄſolidaret᷑.Sed qꝛ cum hac di
ſpoſitiōe ↄiungit᷑ dolor ⁊ ↄiūgit᷑ etiā effuſio humiditatis
multotiēs inter ptes circūſtātes q̄ adinuicē ſeparantur:
idcirco intētio curatiua in ipſa ab illis ſumit᷑.puta a ſeda
tiōe doloris ⁊ ꝓhibitiōe apatis ⁊ reſolutiōe eiꝰ qđ effuſū
eſt inter ptes nerui ſicut appet infra in illo caplo ꝓſequē
do curam eius. ⁊ ideo dicebat Auicen. ſupra in tractatu
quarte Fen i illo capitulo de ↄtuſione. Et nō oportet vt
adminiſtratio fiat in attritione cū reductione continuita
tis villorum inciſorum:ſed ad ſedandū dolorē ⁊c̄.¶ Hoc
ergo preintellecto qđ eſt vtile ad intelligendū ea que di
centur dicemus ꝙ id capitulum diuiditur in partes duas
In prima parte ponit curā attritionis . in ſecunda parte
ponit curā torſionis que eſt diſpoſitio magis reſpiciens
ligamenta iuncturarū.ſecūda ibi:Et oportet vt caueatur
in torſione neruoꝝ.Prima in duas.Nam attritio aliquā
do fit in neruis abſqꝫ vulneratione: aliqn̄ fit cū vulnere.
primo ergo docet curā attritiōis qn̄ nō ↄiungit᷑ cū ea vul
nus.ſecūdo docet curā attritōis qn̄ cū ea cōiungit᷑ vulnꝰ
ſecūda ibi:Q. ſi fuerint vulnera in cute ⁊c̄.Prima in du
as:In ꝑma parte quia vt dictū eſt intētio curatiua ſumit᷑

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in attritione ex ꝓhibitiõe doloris ⁊ apoſtematis ne accidat ex curatione eius quãdo accidit: ⁊ ſumitur etiã ex reſolutione eius qd̃ effuſum eſt inter ptes nerui. ⁊ iõ Auicẽ. docet modũ curatiõis qui eſt ad reſoluendũ ꝑncipaliter id qd̃ effuſum eſt inter partes neruorũ. ſcd̃a ibi: Et cõſidera in dolore ⁊ apãte ⁊c̃. Prima in duas. pmo ponit modũ curatiõis ꝑ quẽ docet ſedare dolorẽ ⁊ ꝓhibere ne accidat apã. ſcd̃o docet modũ curatiõis ſi cõtingat ꝙ accidat apã. ſcd̃a ibi: Q ſi fuerit illic apã ⁊c̃. Quod in pma parte dicit notũ ẽ ex dictis niſi ꝙ intelligas ꝙ Aui. in his verbis inſinuare vult cũ in attritiõe intẽtio ſit ad ſedationẽ doloris et ꝓhibitionẽ apãtis ⁊ ad reſolutionẽ illius qd̃ eſt effuſũ eſt ꝙ ꝑus oportet incipe a ſedatiõe doloris ⁊ ꝓhibitione apãtis qꝫ a reſolutione vehemẽti illius qd̃ eſt effuſum in mẽbro. Et hoc iõ: qꝛ ſtante dolore nõ põt reſolutio fieri: qm̃ dolor eſt attrahẽs: quare oportet ꝑus ſedare dolorẽ. et ꝓpterea etiã ſubdit Auic̃. qd̃ dicit ꝙ quãdo apã accidit nõ debet curari. ſ. in ꝑncipio apã: cum in eo qd̃ rumpit. i cum eo qd̃ fortiter reſoluit ⁊ exiccat ſicut eſt aqua cineris. qm̃ hoc eſſet cauſa augẽdi apã. ꝓpterea qꝛ ampliꝰ ad locum attraheret qꝫ reſolueret. ſed adhuc debet procedere cũ his que dolorẽ mitigant: deinde ſicut poſtea apparebit ceſſato dolore ſi remaneat aliquid fixũ collectum in membro poſſumus ꝓcedere ad ea que fortiter reſoluũt et exiccant: ſicut eſt aqua cineris ⁊ acetũ ⁊ vinũ: vt poſtea dicet: ⁊ hoc eſt qd̃ dicit Aui. ⁊ per hoc etiã manifeſtũ ẽ id quod dicit in parte ſecũda ⁊ tertia qꝫtũ ad intẽtionẽ quã innuit ꝑncipaliter habere. Et ſi fuerit hec leſio. i. talis attritio in iuncturis: qꝛ. ſ. accidat in ligamẽtis ponat̃ medicina fortis: quia vt dictũ eſt ꝑus: ligamenta ſunt abſqꝫ ſenſu ⁊ ſunt duriora ⁊ ſicciora qꝫ nerui: ⁊ ideo indigẽt fortiori medicina. Et cõſidera in dolore ⁊ apoſtemate: ⁊ intende. ſ. ꝑus in iſtis ad illud qd̃ eſt vehemẽtis intenſionis. i. ad illud qd̃ vehemẽter moleſtat: vnde quia dolor et apoſtema moleſtãt longe magis qꝫ aggregatio hũiditatis effuſe inter partes nerui. Jccirco prius oportet intendere ad ꝓhibitionem ⁊ remotionem ipſorum. deinde poſtea ad reſolutionẽ eius qd̃ remanet in mẽbro cũ his que fortiter reſoluunt ſicut ſunt illa q̃ ponit in littera.

¶ Deinde cum dicit:

¶ Qd̃ ſi fuerint illic in cute vulnera etiaꝫ tũc neceſſaria ſunt illa in quibꝰ ſunt exiccatio fortis ⁊ aggregatio ⁊ ſtrictura quibus colligant̃ partes ſicut farina ſabarũ et acetũ et mel et eſt medicamen bonuꝫ. Et ſi vis vt ſit fortioris exiccatiõis pone in eo farinã herbi: et ſi adeſt voluntas vt ſit fortius iterũ ponat̃ in ipo radix lilij. ⁊ ſi fuerint vulnera taliter vt nõ curetur de eis: tũc curent̃ nerui cũ eo quod ꝓhibet apoſtemationẽ neruorũ et nõ ſit occupatio cũ eis: et caro oſtrearũ eſt mirabilis: ⁊ qñqꝫ curatur cũ cerato ex ſale: ⁊ emplaſtrũ cum olibano: et myrra eſt cõis iuuamenti in vtriſqꝫ diſpoſitionibꝰ. et ſi fuerit cũ vtriſqꝫ rebus dolor clamoſus: tunc oportet vt miſceatur cum medicinis pix ⁊ emplaſtretur cum illo calido.

¶ Jn illa parte Aui. ponit modũ curatiõis attritiõis quãdo cõiungit̃ cũ vulnere facto in cute. ⁊ vult dicere ꝙ qñ accidit attritio ⁊ cũ hoc eſt illic vulnus oꝫ ꝓcedere cũ eis que vehemẽter exiccant ⁊ aggregãt ptes in vnũ ſicut ſũt illa medicamina que ponit. ⁊ hoc ideo: quia cũ ibi ſit vulnus intẽtio curatiua nõ ſolũ ſumit̃ ex attritiõe ſed etiã ex vulnere. ⁊ quia ea q̃ humectãt ſũt cõtraria vulneri: ⁊ ꝑcipue vulneri facto in neruo. iccirco nõ opꝫ ꝑdicta mollitiua apponere: ſed ea q̃ vehemẽter exiccant. Jntellige aũt h̃ verꝝ ẽẽ ſup ipm̃ vulnꝰ. nã ſr̃ loco vulneris oꝫ apponẽ ſꝫ i ꝑtibꝰ circũſtãtibꝰ oꝫ ponẽ ea q̃ ſũt mollitia ⁊ ſedatia doloris ſicˢ ẽt ſupra dictũ eſt multotiẽs qd̃ fieri dꝫ in vulneribꝰ neruoꝝ: vnde hic nõ eſt differẽtia curationis a predicta niſi quia hic cõiungit̃ vulnus: vñ rõne vulneris nõ poſſumꝰ apponere ſupra locũ vulneratũ ea q̃ mollitiua ſunt ⁊ mitigatiua doloris ſicut poſſumꝰ apponere qñ ẽ attritio ſola ſine vulnere. Et ꝓpterea etiã ſubdit Aui. ꝙ ſi illa vulnera ſint ita parua ⁊ modica vt de ipis nõ curemus: quia ſunt talia ꝙ de i[ps]is nõ eſt curandũ: ⁊ tũc ſolũ curatur cũ ꝑdictis in ꝑncipio q̃ apoſtemationẽ ꝓhibẽt: ⁊ nõ ſit occupatio cũ eis. i. cũ iſtis fortiter exiccãtibꝰ: ⁊ reſoluẽtibus. ſ. in ꝑncipio: quia illa nõ cõueniũt in ꝑncipio: vt dictũ ẽ prius gratia ſedãdi dolorẽ ⁊ ꝓhibẽdi apã. ⁊ hec eſt ſua intentio quã in hoc. §. intendit. et caro oſtreaꝝ eſt mirabilis. ſ. qñ eſt attritio cũ vulnere in neruo. Vñ Aui. ca. de oſtraco dixit: Et oſtracũ quidẽ cõfert vulneribus cũ carne ſua et ꝓprie illis q̃ ſunt ſup neruos cõtritiõis precipue cũ thure ⁊ myrrha ⁊c̃. Et qñqꝫ curant̃. ſ. vulnera cũ attritiõe cũ ceroto ⁊ ſale. i. cũ ceroto in quo ponit̃ ſal: qm̃ ſal eſt vehemẽter exiccatiuũ humiditatis q̃ aggregat̃ i loco. ⁊ emplaſtrũ factũ ex myrrha ⁊ olibano eſt iuuamẽti cõis: in vtriſqꝫ diſpoſitionibꝰ. i. habet ad diſpoſitiões vtraſqꝫ iuuamẽtũ cõe: puta ⁊ ad attritionẽ neruoꝝ ⁊ ad vulnus qd̃ cũ ipa cõiungit̃. eſt em̃ cõueniẽs attractioni qm̃ reſolutiuũ ẽ eiꝰ qd̃ effuſum eſt in ſuba nerui ⁊c̃. ⁊ etiã vulneri vtile: qm̃ exiccatiuũ eſt ⁊ aggregatiuũ partiũ diſruptaꝝ. ⁊ ſi fuerit cũ vtriſqꝫ rebus. i. cũ attritiõe ⁊ vulnere: dolor clamoſus ſcꝫ dolor vehemẽs miſceat̃ cũ medicinis. ſ. cũ emplaſtro ꝑdicto qd̃ ſit ex farina fabaꝝ aceto ⁊ melle: pix. ſ. liquida qm̃ pix virtutẽ habet aliquo mõ ſedatiuã doloris: quoniam pix ipa eſt calida: nõ tñ multe caliditatis: ⁊ cũ hoc ipſa nõ declinat multũ ad ſiccitatẽ: immo quaſi aliquo mõ habet virtutẽ mollitiuã. vñ ⁊ ipa ponit̃ a Serapiõe aliq̃ modo virtutẽ maturatiuã habere. qꝛ ergo pix liquida hꝫ plus de virtute ſedatiua doloris: ⁊ cũ hoc nõ nocet vulneri: iccirco ꝑcipit admiſceri medicinis ꝑdictis picẽ: ⁊ iſtud etiã ꝑcipit Gal. ſexto de inge. ¶ Deinde cum dicit:

¶ Et oportet vt caueat̃ in torſione neruorũ aqua et non approximet̃ neqꝫ calida neqꝫ frigida: imo adminiſtrent̃ olea quibus eſt virtꝰ aromaticorũ ſtipticoꝝ calefacta ⁊ ſpecierũ cũ quibꝰ ẽ hec diſpoſitio.

¶ Jn parte iſta ponit modũ curatiõis torſionis neruoruꝫ. Quid aũt ſit torſio manifeſtũ eſt ex dictis ꝑus. ⁊ dicit: Et oꝫ vt caueat̃ in torſione neruoꝝ. intellige hic ꝙ neruꝰ nõ accipit̃ hic ꝓprie: qꝛ vt ex dictis manifeſtũ eſt torſio eſt ꝓprie diſpoſitio ligamẽtoꝝ continentiũ oſſa ⁊ nõ neruoꝝ ſed accipit̃ hic neruus cõiter ſm̃ ꝙ alij dicũt: ⁊ etiã Gal. tertio de interioribꝰ. Et nerui extẽdunt̃ ad tria. ſ. neruuꝫ chordã ⁊ ligamentũ. oĩa em̃ iſta pñt large appellari nerui. ꝓpterea qꝛ oĩa mẽbra iſta ſĩlitudinẽ q̃ndã habẽt i ſuba. Expone ḡ in torſiõe neruoꝝ. i. ligamẽtoꝝ. ⁊ nõ approximet̃ ei aqua neqꝫ calida neqꝫ frigida. ⁊ aqua qdeꝫ frigida nõ cõuenit: qm̃ aqua frigida ſpaſmatiua ẽ ⁊ non ſedatiua doloris: imo ꝓuocatiua ipius ſicut dictũ eſt ꝑus. aq̃ autẽ calida nõ cõuenit: qꝛ mollificat ⁊ relaxat iuncturã. nũc autẽ hec nõ cõuenit in torſiõe: qm̃ vt dictũ eſt in torſiõe ẽ extenſio ligamẽti ꝑ quã ſit aliqua ſeparatio in iũctura: ſꝫ nõ

integra.nō ergo cōuenit id qḋ diſponit membruꝫ ad integram ſeparationē: hoc aūt eſt illud qḋ humectat ⁊ mollit ſicut eſt aqua calida: imo ꝯuenit illud qḋ coadunat ⁊ cōſtringit partes iūcture cū ligamēto ⁊ cū hoc habeat virtutē aliquā ſedatiuā doloris. tale aūt eſt oleū in quo ē virtus calefactiua. nam rōne huius eſt ſedatiua doloris q in torſione cōtingit. ⁊ etiā ſit in ipō ſtipticitas. nam rōne huius habet cōſtringere ⁊ coadunare iuncturā ⁊ partes ligamenti. talia aūt ſunt olea que fiūt ex aromatib⁹ in qbuſ eſt aliqua virtus calefactiua ⁊ ſtiptica ſicut eſt oleum de ſpica: oleū maſticinū: ⁊ ſimilia. Et ꝑ hoc apparet differentia inter curationē attritiōis ⁊ torſionis: qm̄ aqua calida ad ſedationē doloris nō eſt incōueniens in attritione q̄ eſſet ſine vulnere. ibi em̄ nō curatur de partiū vnione ⁊ cōſtrictione: ſed eſt ibi intētio alia ſicut dictū eſt prius. ⁊ propterea multotiens aliqḋ membrū attractū ponim⁹ in aq̄ calida: ⁊ confert vt ad ſenſum apparet: ſed ipa nō eſt conueniens in torſiōe pp cām q̄ dicta eſt. ⁊ iſta ē intētio Auic.

¶ De iudicijs neruorum corruptorum. Capl'm. vi.

Quandoqꝫ accidit fruſtis neruoꝝ corruptio: ⁊ eſt neceſſariū vt extrahatur. oportet ergo vt extrahat̄ extractione vene ciuilis.

¶ Cum docuit Aui. curatiōis modū ſolute cōtinuitatis in neruis: modo docet modū curationis quarundā diſpoſitionū que aliquādo cōſequunt̄ neruos in ſolutiōe cōtinuitatis eorū. he aūt ſunt due diſpōnes: quedā eſt que conſequitur neruos in ſolutiōe continui que eſt vulnus. ⁊ illa diſpoſitio eſt corruptio ⁊ putrefactio eius ex toto vnde indiget vt extrahatur. quedā aūt eſt que conſequit̄ neruos plus in modo ſolutiōis continui que ſit in attritiōe magꝫ ſicut eſt eliquādo ꝙ ſit durities multa in neruo accidens ex caſu vel percuſſione ⁊ ſīlibus cauſis. ꝓpterea quidem Aui. duo facit. ṗmo eni docet modū curatiōis qn̄ accidit eis diſpoſitio ṗma. ſecūdo docet modū curationis quando accidit eis diſpoſitio. ſecūda ibi: Hoc multotiens accidit ⁊c̄. Quod in iſtis duob⁹ capl'is dicit Aui. manifeſtū eſt quia ꝓ curatiōe ipoꝝ perfecta remittit nos ād curaꝫ quarundā diſpoſitionū: de quarū cura prius facta eſt mentio qm̄ ſīlis cura iſtarū ⁊ illarū. lege ḡ l'ram ⁊ intelliges.

¶ De neruorū duritie ⁊ eorū torſione. Capl'm. vij.

Hoc multotiēs accidit a verberatione aut caſu: ⁊ qn̄ ṗmitur ſentit̄ cū eo ſtupor ⁊ cura duritiei neruorū prima eſt curatiōi apoſtematū durorū ⁊ alroſbot: ⁊ nos diximꝰ in tabulis medicinaꝝ ſingulariū ⁊ in antidothario qḋ neceſſariū eſt rememorari de medicinis eius. Et qḋ narrauimꝰ hic ſunt medicīe expte in eo de qbus ſunt leues: ſicut vt ſumatur bdelij iudaici pondus. ʒ. x. et inſūdat̄ in aqua et ſoluat̄ in ea ⁊ cōficiat̄ cuꝫ eo q̄ꝫtū ipm eſt de radice maluauiſci contriti valde: ⁊ emplaſtret̄ cū eo. Et ſīl'r radix lilij cōtecta cū cōgelato vue. Et iterū armōiacū ⁊ galbanū ⁊ euforbiū aggregata cū fece olei. ⁊ iteꝝ ſumat̄ ſemē almaru et fiat emplaſtrū cū vino cocto: ⁊ iteꝝ medicamē diaquilon cum medietate ſui de ſtercore capno eſt vltimum.

¶ Et patet totum quod dicit.

¶ De rememoratōne egritudinum oſſium. Cap. viij.

In oſſibus aūt accidūt egritudines ex corruptiōe cōplexiōis ⁊ ex ſolutione ſingulari et fractura et diſlocatiōe ē putrefactiōe ⁊ vlceratione: ⁊ excorticatiōe. Et nos quidē loquemur de fractura ⁊ diſlocatiōe que indigēt reſtauratiōe poſt hūc locū. illas aūt que de eis indigēt alijs medicinis dicemus hic querentes auxilium a deo.

¶ Prius Aui. docuit modū curationis ſolute cōtinuitatis in mēbris carnoſis ⁊ mēbris neruoſis: in parte iſta Auic. docet modū curatiōis egritudinū cōtingentiū in oſſibus que vtplurimū cōſequunt̄ oſſa ⁊ in vulnerib⁹ ⁊ vlcerib⁹. nam in vlcerib⁹ ⁊ vulnerib⁹ multotiēs accidit ꝙ ſit corruptio in oſſe per quā neceſſe eſt illud os extrahere vel cuꝫ operatiōe manuali vel cū medicinis: q2 ergo hec diſpoſitio accidit in oſſibus precipue in vlceribus: ꝓ tanto Aui. poſt modū curatiōis quē tradidit vulnerū ⁊ vlceruꝫ tractauit modū curationis cuiuſdā diſpōnis que in oſſe accidit que ſit in ipō cum corruptiōe ipius. Et ex hoc apparet ꝓpter quid eſt ꝙ iſtā partē Auic. nō cōiunxit cū ſermone ſequēti in quo tractat de diſlocatiōe oſſiū ⁊ de ſolutiōe cōtinuitatis accidētis in oſſibus: qm̄ hec diſpoſitio quaꝫ hic tractat vtplurimū in oſſe cōſequitur in vlceribus ſicut ex dictis apparuit. vnde merito Aui. poſt ſermonē de cura vlcerū ⁊ vulnerū iſtū ſermonē in quo docet modū curationis quādo in oſſe accidit corruptio cōiunxit ⁊ determinauit etiā ṗter hoc hic modū curatiōis fracture oſſis inq̄ꝫtū cū medicaminib⁹ depēdet. Nam vt ſicut modus curationis eius eſt cōueniēs cū mō curatiōis ſolute cōtinuitatis facte in carne ⁊ neruo: ꝓpter qḋ adhuc in hoc ſermōe poſuit modū curationis fracture oſſis inq̄ꝫtum ex medicinis dependet. in ſequēti aūt Fen q2 ſolū dat ibi modū curationis qui depēdet ex reſtauratiōe oſſis que ſit cū manu determinat curā fracture que accidit in oſſe inq̄ꝫtū dependet ex reſtauratiōe facta cū manu. Et circa hoc Aui. ſic ꝓcedit. ṗmo em̄ ipe ṗmittit modos egritudinū que poſſūt oſſibus accidere: quarū tractatio ſpectat ad hūc librū vt eligat de quarū curatiōe in hoc libro determinare intendit. ſecūdo ꝓſequit̄ modū curationis illarū de qbus hic determinare intēdit. ſcḋa ibi: Uētoſitas ſpine ⁊c̄. Ea que in iſto capl'o dicit ſatis nota ſunt. Ex ſolutiōe ſingulari: ⁊ ꝑ qa. i. fractura. Et nos quidē ⁊c̄. ex iſto verbo vult ꝓbare ꝙ in hoc loco determinat de curatiōe diſpōnis oſſis in quo accidit corruptio ⁊ putrefactio: ⁊ de curatiōe fracture inq̄ꝫtum illa curatio ex medicinis dependet.

¶ De vētoſitate ſpine ⁊ corruptione oſſis. Capl'm. ix.

Uentoſitatis ſpine cauſa ſūt humores acuti penetrantes in os corrodentes ipm. ⁊ inceſſus vētoſitatiſ ſpine ē inceſſus doloris iūcturaꝝ: verūtamen materia in dolore iūcturaꝝ ē in carne: ⁊ materia in vētoſitate ſpine eſt in oſſe ⁊ eius additio corrūpit oſſis partē vnam poſt aliā. Dixerūt qdē q' ſpina ē ſpaſmꝰ i toto corpe ꝓpter vlcus ⁊ nō affirmatur.

¶ In parte iſta Aui. exequit̄ de curatiōe diſpoſitionū oſ-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ſum quoꝝ determinatio ſpectat ad hunc locum. Primo ergo docet modū curationis diſpoſitiõis oſſis in qua accidit eius corruptio. ſecundo docet modū curatiõis fracture oſſis inq̈ʒtum illic modus curationis eius ex medicis dependet. ſecunda ibi: Fracture eſt curatio cū manu. Prima pars diuidit̃ in ptes tres. In pma pte q: corruptio oſſis nõ ſolū fit in vlcerib⁹ ꝛ vulneribus: licet vtplm fiat in eis: ſed etiam fit in oſſe incipiendo ex mala diſpoſitione q̃ oritur ab ipo pncipio in oſſe: ꝓpter quā diſpoſitionē accidit oſſis corruptio vni⁹. ſ. partis eius poſt aliā ptē. Idcirco Aui. notificat nobis hanc diſpoſitionē in qua hoc ē poſſibile nobis accidere. ſ. ꝙ ex diſpõne incipiēte mala ĩ oſſe fiat in ipo corruptio. ꝛ oſtēdit q̃ eſt cā illius diſpõnis. ꝛ cõparat ipam ad quandā aliā diſpoſitionē q̃ videt̃ accidere in oſſibus. In ſecūda pte ponit nobis ſigna q̃ ſignificāt ſupra corruptionē oſſis generalē ꝛ in omni diſpõne ꝛ ĩ omni vlcere. Tertio docet modū curatiõis corruptiõis oſſis ex quacūqꝫ cauſa cõtingat. ſecūda ibi: Cū oſſi accidit corruptio. tertia ibi: Curatio corruptiõis oſſis. Prima ĩ tres. primo notificat illā diſpõem in qua accidit oſſis corruptõ ab ipo pncipio ꝓpter malā diſpõem exiſtentē in oſſe ꝛ notificat ipm: ꝛ q̈ʒtū ad modū ꝛ q̈ʒtū ad cauſam. ſcđo comparat illā diſpõem ad quandā aliā que videt̃ accidere in oſſibus: nõ tñ accidit ſicut eſt dolor iuncturaꝝ. ꝛ tertio. circa hanc diſpõem vt illo noīe noīauit ponit opinionē quarūdam. ſcđa ibi: Et inceſſus vētoſitatis ſpine. tertia ibi: Dixerunt quidā ꝙ ſpina eſt ſpaſmus. Ea q̃ Aui. hic dicit ſatis manifeſta ſunt. Nullū eñ eſt impoſſibile nec incõueniēs ꝙ in ſubam oſſis penetrēt humores acuti ex qbus accidit corruptio oſſis q̃ ꝓcedit de vna parte ad aliā partē: ꝛ illa talis diſpõ vocat̃ vētoſitas ſpine. de illo aūt qđ illi dixerūt ꝙ vētoſitas ſpine eſt ſpaſmus in corpe toto ꝓpter vlcus. dicit Aui. ꝙ nõ affirmat̃: quaſi vult dicere ꝙ nõ ſic intelligunt cõiter medici vētoſitatē ſpine. Sed intelligūt eſſe illud qđ dictū eſt. Utrū aūt vētoſitas ſpine poſſit ſignificare id qđ ipi dicūt de hoc nõ eſt queſtio: qm̃ de ſignificatis vocabuloꝝ nulla poteſt eſſe ꝓbatio niſi ex cõi vſu eoꝝ: ſicut declaratū eſt in ſententijs prioribus.

De ſignis corruptionis oſſis. Caplm. x.

c Um oſſi accidit corruptio vides carnē ſup ipm molleſcere ꝛ mollem fieri: ꝛ incipit in via fetoris ꝛ virus. et penetrat p eā tenta facillime ad os. Cūqꝫ puenit ad os nõ inuenit ipm lene ita vt lubricet ab eo: imo adheret ei paruper: et quaſi inuenit rē nõ firmā in ſeipſa: imo habētē fracturā: aut putrefactõēꝫ et fortaſſe deſtruit̃ et lenit̃: ꝛ ꝓprie qñ nõ eſt corruptio in pncipio. nā in hora pncipij nõ appet illud cū tēta. et qñqꝫ ſignificat lubricitas ei⁹ ſupflua corruptionē ei⁹ ex hoc ꝙ qñ lubricat in eo tēta in omni latere ſignificat ſepationē pāniculi ab eo ꝛ illud ꝓpter corruptionē q̃ incepit ꝛ illa q̃ incipiet cū corrūpet̃ caro ſupra ipm: ꝛ cū diſcoopueris eā ab eo inuenies ipm mali coloris. et multotiēs qdē antecedit ipſum apa ꝛ corruptio carnis ꝛ mēbri in pmis et mors: deinde venit ad ipſum.

In iſto cap. Aui. ponit ſigna corruptiõis oſſis. ꝛ primo ponit ſigna que ſumunt̃ ab accidētibus cõſequētibus corruptionē oſſis. ſcđo ex accidētib⁹ q̃ aliqñ antecedūt corruptionē eius. ſcđa ibi: Et multotiēs quidē antecedit. Qđ pmo dicit q̈ʒtū ad litterā manifeſtū eſt. Cauſa aūt q̈re molleſcit caro q̃ eſt ſup os qñ os incipit corrūpi: eſt: quia caro etiā ꝓpter vicinitatē incipit tēdere in viā putrefactionis. qđ aūt putreſcit molleſcit in pncipio ꝛ laxat̃. ꝛ cā ſue mollitiei ꝛ laxitatis tenta faciliter penetrat ad os: ꝛ qñ ad os puenit nõ lubricat ab ipo imo adheret: ꝛ hoc ꝓpter mollitiem q̃ fit in oſſe qñ incipit putreſieri. vnde nõ habet ſuperficiem tēſam ꝛ aſperā in qua tēta ſic adherere poſſit: fortaſſe deſtruit̃ ꝛ lenit̃. i. fortaſſe per intromiſſionē tente deſtruit̃ cõtinue os: q: penetrat tēta per ipm ꝛ lenit̃. i. ac ſi inueniret rem mollē ꝛ lenē: ꝛ hoc qñ iam putrefactio eſt confirmata in oſſe. in pncipio aūt nondū eſt ſic corruptū: iō nõ accidit id. Reliqua que dicit manifeſta ſunt.

De curatione eius. Cap. xj.

c Uratio corruptiõis oſſis eſt eius fricatio ꝛ ipius deſtructio: aut ei⁹ abſciſſio et ipius ſerratura ſiue ſit fiſtula ſiue nõ ſit. Nā neceſſe ē fricare ipſum et radere aut cauterizare perueniendo ad vltimū corruptiõis ei⁹ vt cadāt cortices corrupti et remaneat ſanum. Et qñqꝫ cadūt cortices oſſiū per medicinas iteꝝ ſicut cadūt cortices capitis et alioꝝ. Et de illis eſt medicamē cui⁹ hec ē deſcriptio. ℞. ariſtologiā ireos myrrhā aloeꝫ cortices plante oppoponaci cambil aduſtum ſcoriā eris cortices plani aggreget̃ et ē mirabile faciēs cadere cortices oſſiū et naſci carnē bonā ſup ea. et ſi fuerit corruptio oſſis profūdior illa tūc neceſſe eſt ꝯcauare ipm. Qđ ſi corruptio iā ꝓſecuta eſt medullā nõ ē excuſatio qn aſſumatur illud os cū medulla ſua. ꝛ ſi corruptio fuerit de illis quas nõ ſanat niſi abſciſſio: et ſerratura totius oſſis mēbri: aut plm̃ ei⁹ quod circundat ipm: tūc ſciat locum in quo oportet vt incidat̃ ita vt reuoluatur tēta vſqꝫ quo ꝯſequat̃ locū in quo īuenit adherētiā oſſis vltimā: qm̃ illic ē terminus. veꝝ qñ ē os corruptū ex capite coxe et anche et ſicut ſpondilis dorſi: tūc fugere ab eius curatiõe ē melius propter nucham. et ſi timet̃ ꝙ corruptio oſſis ſequatur corruptionē carnis cuius caſus accidit pus: tūc infrigidare et accipe carneꝫ ab eo ē ꝯueniēs et eſt eius cura. et oꝫ vt infrigidet̃ membꝝ ſanū cū epithimatibus que ſciuiſti in caplo corruptionis carnis

diſcooperte ab eo etiaꝫ ⁊ cū coꝝ ſilibus:

Talentū ſcdm iſido. apud romanos magnum eſt pondus. lib. 120. paruum. 50. medium. lxxij.

Ncia ſcdm iſido. eſt pōdus. viij. ʒ. vel. xxiiij. ∋. q̄ tot ſunt hore diei: vel ē pōdus. 144. ſiliquaꝝ q̄

v ſunt. 576. grana: ⁊ ita ſcdm maiorē opinionē: ⁊ ē lxxx. grana ordei vel frumēti: ſed ſcdm ſalernitanos eſt. xciij.

Uola magna ſcdm Aui. eſt. ʒ. ij. parua eſt. ʒ. i. ⁊c.

¶ Explicit tractatus Dini de Ponderibus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Incipit compilatio emplaſtrorū ⁊ vnguentorum Magiſtri Dini florentini artiū ⁊ medicine doctoris excellentiſſimi. Et primo de repcuſſiuis.

Ememoratio quarun

r dā medicinarū que ſūt apte cyrugie ſm ſētentiā Galie. in libro de ſimplicibꝰ medicinis particula quita ⁊ vltima dicti libri: ⁊ ſcōm Auicennā in ſecundo. Et primo dicamus de repercuſſiuis.

Repercuſſiua ſūt iſta q̄ a parte patiēte repellunt frigiditate ſua ac ſtipticitate ſua ꝯſtringēdo mēbrū ⁊ retinēdo ſpūm ⁊ virtutē retētiuā ꝯfortant. Quoꝝ exēplū ē ſolatri ſpēs. ſuccus cucurbite. endiuia. virga paſtoris. ſempuiua. protulaca. ſuccus pſilij coriandri. aq̄ fria. ⁊ ſandali. ⁊ cortices granatoruꝫ. et ſauich. decoctū cū aceto ⁊ cū ſumach. ⁊ lens aque ⁊ rodoleon cū aceto ⁊ ſandalis. ⁊ vmblicꝰ veneris ⁊ ſimilia. ſucci. ſ. ⁊ ſubſtātia cū aceto vel ſine eo. Hec eni ⁊ ſiſia in principio repercutiūt apata calida ⁊ mēbrū oīe recuperant ⁊ cōfortāt. Que vero frigida repercutiūt ſunt q̄ cuꝫ ſtipticitate attinēt caliditati vt ſquinātum. abſinthium et blacce. ⁊ biſantie ⁊c̄.

¶ Emplaſtrū cōe diſcraſie calide.

Emplaſtrum vnū multū cōe male cōplexiōi calide ⁊ apati calo in pncipio et ad palpebras tumefactas rubeas ⁊ i palpebris a frigido etiā valet id ſi adiungis cū iſtis folia abſinthij: ⁊ folia vitice ⁊ apij ⁊ calamētū ⁊ ſiſia: cōbuſtiōi ignis heriſipile ⁊ apoſtemati a cā pmitiua ⁊ multis alijs. Re. folioꝝ maluarū ⁊ roſaꝝ. an̄. ⁊ coque in aqua ⁊ exprimanꝭ ab aqua ⁊ terantur cū gladio in modū vnguēti. ⁊ qn̄q; ſpargiꝭ i eo terendo paꝝ aceti ⁊ parū olei roſati. Et qn̄q; poniꝭ in de coquēdo de abſinthio. Et qn̄q; de floribus camomille. ⁊ ſimilibus temperatis.

¶ Medicine aperitiue.

Medicine que aperiūt poros cutis. i. id qd̄ eſt in cute de meatibus ⁊ poris noianꝭ rarificantes. i. reſoluētes; quaꝝ natura ē tpate caliditatis et eaꝝ exiccatio parua. quaꝝ exēplū ē camomilla ⁊ eiꝰ oleū ex vtriſq; ⁊ oleū cucumeris aſinini. ⁊ oleū antiquū. anetū ⁊ fenugrecū. ⁊ ſemē lini. ⁊ oleū raphani. ⁊ abſinthiuꝫ et radix ſambuci furfur. ⁊ aq̄ calida.

¶ Emplaſtꝝ cōe.

Emplaſtrum vnū cōe qd̄ optime aperit ⁊ rarificat poros. ⁊ pp h̄ mitigat dolorē in cōtuſionibus ⁊ in ſanguine mortuo. ⁊ etiā maturat ſiones ⁊ reſoluit oia ꝯſtricta. Et ē mirabile emplaſtꝝ in ꝯtuſionibꝰ ſine vulnere ⁊ cū vulnere. ſ. in pricipio et mūdificat puſtulas ⁊ eſcaras a flāte ſalſo que ſiūt multotiens i cruribꝰ. Re. folioꝝ malue. abſinthij an̄. ptes duas et coquātur in aqua: deinde exprimanꝭ ⁊ teranꝭ in modū vnguēti. deinde cū decoctiōe eaꝝ cōficianꝭ ad modū pultis cū farina ordei ⁊ puluere fenugreci ⁊ ſemie lini ⁊ floribus camomille ⁊ parū furfuris ſubtilis ⁊ paꝝ olei camomille. ⁊ coquaꝭ ad ſpiſſitudinē. Et qn̄q; coquūtur ibi de roſ. ⁊ paꝝ furfuris ſil' ⁊ paꝝ olei camomille. ⁊ qn̄q; poniꝭ ibi paꝝ de melle.

¶ De mollificātibꝰ apata dura

Medicinarum aūt virtꝰ mollietiū apata dura ē calefactia ex gradu ſcd̄o aut tertio ⁊ exiccatia ex gradu pmo. Et oꝫ vt i iſtis medicinis ſit aliqd cōglutinatiōis ſicut in aperitiuis ſꝫ minꝰ eis; quoniā apata dura ſclirotica ſiūt ex flāte duro viſcoſo ⁊ colera nigra terreſtri ⁊ frigida qn̄ exiccatur. Uerum non oportet vt ſit nimie ſiccitatis ne exiccef ſubtile ⁊ induretur groſſum ⁊ putrefiat ⁊ fiat i termio qd̄ nō ſanaꝭ. Quarū exemplū eſt aqua calida ⁊ adeps caprarū in parua duritie ⁊ galline. anatis. hyrcoꝝ. ⁊ boū. ⁊ eoꝝ medulle ⁊ medulle cerui. ⁊ bdelliū ⁊ armōiacū. Et medulle recentes ſunt meliores q̄ꝫ antique. ⁊ oleū antiqui ⁊ oleuꝫ de lilio. Radix euiſci cocta cum oleo ⁊ radix cucumeris aſinini cocta cum aqua. et folia malue cocta ⁊ non decocta. ⁊ fenugrecum ſemen lini ⁊ cepe coctum cū oleo. Et ex compoſitis ſunt dyaquilon ⁊ triafarmacon commixta cum adipibus ⁊ ſimilia.

¶ Exemplū mollitiuū duritierum.

Emplaſtrum vnum mollitiuū duritierū optimum. R. radices maluauiſci decoctas in aqua vel in oleo camomille ⁊ eſt melius ⁊ contere multum. Deinde miſce cum bdellio prius in aceto mollificatum vel in oleo de camomilla quod melius eſt cum eo. Et ex alia pte tolle ficus ſiccas pingues ⁊ contere in modum electuarij cū adipe caprino. cōgrega iterū cū maluauiſco ⁊ impingua totū cum aſſungia de porco recenti vel de gallina vel cū butyro. Uel fac id ſine ficubus ⁊ eſt optimū. ſed aſſungia eſt melior ⁊ oia bene icorporentur. hoc ei eſt pfectū emplaſtꝝ in oi duritie.

¶ De reſoluentibus vapores.

Et proprietas earū que reſoluunt vapores quoniā aut ipſa abſtergūt aut ipſa calefaciūt calefactiōe vehemēti. ⁊ ē vt exicēt ⁊ nō vt aperiāt oſſa cruda propter viſcoſitatē ventoſam que ē in vaporibus. Quorū exemplū eſt emplaſtrū de farina ordei: ⁊ tritici: ⁊ ciceris: ⁊ fabe: ⁊ fenugreci: ⁊ magis vltimum ē ex farina lolij ⁊ lupini: ⁊ panici ⁊ milij: ⁊ ſiſia.

¶ Emplaſtrum reſolutiuum.

Emplaſtrum vnum quod reſoluit tumorem ventoſum. Re. farine ciceris et fabe: ⁊ pulueris cimini: mellis: farine fenugreci: coquātur cum decoctione ruthe ⁊ agnicaſti.

¶ De medicinis reſolutiuis.

Reſolutiua vero ventoſitatis flegmatice debēt eſſe ca. veſicantia vt aqua cineris. ⁊ aqua ſalis. ſ. acetū cū rodoleon ⁊ ſpōgia noua īfuſa i eis.

¶ Exemplum reſolutiuum.

Emplaſtrum vnum quod valet in apoſtemate flegmatico cū viſcoſitate vbi remanet digitorū impreſſio. ⁊ ſi ſit ibi aliqd vaporis. i. ventoſitatis. Re. cineris cribellati partē vnā. ſalis partē ſ. farine fabe partē j. furfuris ſubtilis. partē vnā aceti ciatum vnum. mellis lib. ſ. lixiuij quod ſufficit. coquatur vſq; ad ſpiſſitudinem. Et melius eſt in iſtis ſpongia noua infuſa in lixiuio forti ⁊ pauco aceti ⁊ parum ſalis poſita et ligata ſepe ſtricta ſup membrum vbi eſt timor talis.

¶ Diſtinctio maturatiuarum.

Medicine autē qualitas ſiue ꝯplo que adiuuat ad generationē ſaniei debet eſſe tēperata ſimilis nature corporis in quo admiſtraꝭ. Et qm̄ natura corporis ē cal'a ⁊ hu. oportet etiā hanc medicinam caliditatē ⁊ humiditatē habere. ita ꝙ etiā actualem qd̄ extrahitur ex dictis Gal. cū dicit. Qd̄ male digerētes applicabāt ſibi ad ſtōm infantes: vt ab eoꝝ calore actuali iuuareꝭ eoꝝ digō. Itē debet eſſe opilatiua cū viſcoſitate vt ppter hoc retineanꝭ vapores ⁊ ſpūs. Et ſanguis ad locum collectus adiutorio caloris natural' ⁊ accn̄talis. ſ. medicamine inſanie altereꝭ. nam ſpēs eiꝰ qd̄ in corpe alteratur tres ſūt. Una ē alteratio que fit ſm curſū naturalem. ⁊ a ſolo naturali cal'o. ſicut digō cibi i ſtō. chilis in epe. ⁊ ſanguis in oibus mēbris ⁊c̄. Altera vero ē alteratio que ē nō ſm curſū nature. imo fit ab extraneo ⁊ ab accedentali calore. ſicut accidit i oibus rebus q̄ putrefiūt. et iſte ſpēs ſūt ꝯtrarie. Spēs aūt tertia ē pmixta ex iſtis i tus vtraſq; naturas: et accidit hoc apud ſanioſitatē quoniā fit ptim a calore naturali ⁊ ptim ab accidentali. Et tō naturalis, caliditas nō vincit materiā ve. ⁊ id ē ēt: qm̄ eſt alteratio accn̄s nō bona bonitate pura. ⁊ ſanies q̄ minꝰ eſt fetēs ⁊ ē pl's alba ⁊ in liquore magis tpata eſt melior. qm̄ ppter hoc intēdiꝭ calorē naturalē ibi pl's opari q̄ꝫ accidētalē. ⁊ iſe ſemp coneꝭ inq̄ꝫtū pōt nutrimētū. i. ſanguinē membris radicalibus aſſimilare q̄ alba ſūt. Et exem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

plum harũ medicinarũ que ad ſanguinẽ q eſt in apate adiuuant ad digerẽdum eſt oleũ tẽpetatũ in caliditate ſua. et aqua tepida cũ eo. ⁊ farina or. ⁊ frumẽti ſemicocta cuꝫ aqua ⁊ oleo ⁊ croco. ⁊ his que ſũt magne caliditatis ⁊ farina tritici cũ iſtis bene cocta. in iſtis q̄ ſunt parue caliditatis ⁊ cũ mlto oleo. ⁊ farina fenugreci. ⁊ ſeminis lini mixta cũ ea. ⁊ medulla panis etiã ſit decocta. Triticũ maſticatũ ⁊ medulla fermẽti cũ butyro vel cũ ficubꝰ ſiccis vel paſſis. Et de adipibus humidis ſicut adeps porci ⁊ vitulorum mixtis cũ ſupradictis: ⁊ oĩa calida ⁊ humida: ſicut tetrafarmacõ. ⁊ ſimilia cito feſtinãt ſaniẽ in eis.

Medicine maturatiue apoſtematũ. R. farine cribrate. electi frumẽti cũ pauco croco ⁊ aqua calida et oleo cõmuni efficiantur vt puls molis ⁊ coquantur ſpacioſe miſcendo.

¶ Item aliud in materia mixta. Re. radices maluauiſci ⁊ pauca folia malue et coquanꝫ optime. deinde expreſſe ab aqua terantur cũ medulla frumẽti et farina fenugreci. ſeminis lini ⁊ foliorũ camomille et terantur ſimul. et impinguetur cũ aſſungia nõ multũ veteri ſed recenti vl' vnius anni: Si autẽ iſta apoſtemata fierent ꝓpe mẽbrũ aliquod principale. vt ẽ ſtomacus vel epar vel vẽter cũ immaturatiuis aliquid ſtipticorũ miſceatur ne virtus talis membri diſſoluatur per mollia.

Medicine aperientes apata ſiue exituras. Has medicinas oportet eſſe vehmẽter calidas ⁊ ſiccas. ſ. putrefactiuas vt ſua pforent caliditate. Sed que rumpũt apoſtemata minus oportet eſſe ſiccas de quibus ſunt qui apoſtemata rũpunt. adeps porci ⁊ vituli cum fermẽto ⁊ reſina. ⁊ cepe narciſci decocta cũ oleo et calx decocta cũ melle. ⁊ fermẽtũ cum aceto ⁊ cãtaridibus. Et cãtarides pulueriꝫate cũ pice liqda ⁊ melle ana cardi. Et putrefactiua ſapo cũ calce ⁊ ſputo vel capitello ꝯfectus. Et fex vini cõbuſta cũ croco ⁊ fermẽto cõfecta. ⁊ vlceratiua cuti ſunt magis vritiua. vt allia. cepe ſinapis et iſta cõfecta cũ ficubus ⁊ ſupradicta ſimiliter.

¶ Eructiue cauſticatiue. Re. calcẽ viuã ⁊ tere cum ſapone albo molli ⁊ capitello in modum paſte. ⁊ fac paſtillum ⁊ molle cum ſputo et loco appone.

¶ Aliud. Re. reſine ⁊ confice cum cantaridibus in modũ paſte et loco appone.

¶ Aliud nõ ita cauſticum. Re. ficus ſiccas pingues cum ſinapi tritas optime in modũ electuarij. confice optime ⁊ loco appone. ⁊ ipſũ ſi vis mollias cum aceto.

Medicine attractiue ⁊ mundificatiue.

Attractiua ſunt calida cum ſiccitate ⁊ ſunt lenia vt glutinũ. albotin. mel. ⁊ fex eius ⁊ folia caulis ⁊ vnguenta attractiua cõpoſita. ⁊ galbanuꝫ et ſimilia. Et quedã plus mũdificãt in groſſa materia et tempore frigido: vt glutinũ ⁊ ſerapinũ. ⁊ ipſum galbanum ⁊ mel decoctum in omnibꝰ. Et ea que abſtergunt plus alio modo mordicant ⁊ groſſã materiã mũdant. vt yreos ⁊ praſſiũ. cuꝫ melle coctũ ⁊ ſuccus eius. ⁊ armoniacum. et terbentina teranꝫ cum melle: ⁊ ſimilia.

¶ Aliud bonũ. Re. medulle fermẽti ⁊ multũ cũ butyro.

¶ Aliud cõe multorũ in omni de medicinis corroſiuis ⁊ carnis minutiuis. Re. armõiaci. galbani. reſine pini. aã. ℥ i. terbentine. ℥ ij. picis nigre. ℥ i. oĩa ad ignẽ liqueſiant ⁊ colenꝫ ⁊ fiat vnguẽtũ. ⁊ ſi vis adde cere. ⁊ parum olei.

¶ De medicinis corroſiuis ⁊ carnis minutiuis.

Corroſiua carnis vel minutiua debent eſſe cuꝫ ſiccitate vehemẽter calida: ſꝫ minus putrefactiuis. Ex quibꝰ ſũt ꝫiniar calcãtũ vſtũ ⁊ nõ vſtũ coſtus amarus. hermodactili. galle. licet nõ ſint corroſiue p ſe. q: nõ ſunt calide. ſũt p accidẽs ꝓpter ſiccitatẽ minutiue ⁊ cõſumptiue carnis mollis. ⁊ iſto mõ dr̃ corroſiuuꝫ es vſtũ ⁊ ſpongia ⁊ ciclamẽ. hec tñ ſolũ exãpliauit. Caro etiã ſalita carnẽ mollẽ cõſumit aliqñ: ⁊ alumen et alia exiccatiua liquefacientia carnẽ mollem ſm diuerſa corpora quibus adminiſtrãtur. Et de his etiã ſũt mirra limacie combuſte cornu combuſtum abraſum. ⁊ iſta etiã conſolidant multotiẽs vlcera ſm diuerſa corpora.

¶ Aliud de ꝫinar. Re. ꝫinar ⁊ ſubtiliter pulueriꝫetur ⁊ cũ dyaltea incorporetur in modũ vnguenti. Mũdificatiua ſiue abſterſiua ſequi pñt poſt iſta. Uerũtamẽ capitulum eorum poſitum eſt ſupra.

¶ De medicinis putrefactiuis.

Putrefactiua acutiora ſũt q̃ꝫ corroſiua. ⁊ vlterius imprimẽtia ac inceſiua que in filtrationibus opponũtur. ⁊ idcirco putrefactionem in carne accidere faciũt ⁊ eorum eſcara in longioritẽ pore cadit ex qbus ſũt ſicut calx: ⁊ ſandaracha: ⁊ ex eis cõpoſita. ⁊ ſicut ẽ puluis affodillorum q eſt in trociſis q dicentur infra.

¶ Aliud. Re. calcis viue ⁊ incorpora cum ſapone cum capitello ⁊ membro appone cum ſaliua.

¶ De generatiuis carnis.

Carnis generatiua oportet eſſe calida ⁊ ſicca vt humiditatem ſubtilem que in omi vlcere eueniit exiccent ⁊ humectationẽ groſſam mũdificent. decet ergo eas eſſe exiccatiuas in primo gradu vt nõ ſanguinẽ exiccẽt vehemẽtẽ ad locũ. ſed ſupfluitates tantũ: ex qbus ſunt thus. ariſtol. rotũ. farina fabe. yreos. ⁊ farina lupinorũ: ⁊ farina ordei: ⁊ farina fabe aduſte. farina orobi. puluis roſarum. cachimia. tucia. farina milij. ⁊ panicij. ⁊ puluis radicis arnogloſſe ⁊ ſimilia. Que omĩa habito reſpectu ad corpus vl' ad vlcus in qbus adminiſtranꝫ exiccent in primo gradu. vel parũ plus. Unguẽta tñ ⁊ pulueres generãtia carnẽ in vlceribꝰ infra dicẽtur.

¶ De medicinis incarnatiuis.

Decet ergo ea eſſe ſicciora generatiuis carnis quaſi in ſecũdo gradu. vt ſolũ humiditates exiccent. verũ etiã ⁊ ſanguinẽ: ⁊ etiã ſint viſcoſa vt partes retineãt inuiſcatas. ex quibus ſũt ſarcocolla: aloes: ſanguis draconis. ⁊ cortices thuris. ⁊ amillum: folia cypreſſi: et myrti: ⁊ infra dicẽtur vnguẽta: ⁊ pulueres incarnatiue.

¶ De medicinis cicatriꝫatiuis:

Cicatrizatiua oportet etiã eſſe ſicciora incarnatiuis plus q̃ꝫ in ſecũdo gradu. ⁊ cũ hoc etiã habeãt ſtipticitatẽ vt nõ ſolũ ſupfluitates exiccent: ſed etiã ſanguinẽ exiſtentem in carne. ⁊ de ipſa carne cutis fiat. Ex quibus ſunt ſicut es vſtum lotũ galle: alumen balauſtie: ſpodium cortices pomi granati pumex aduſta. et plumbum aduſtum. aloes. ⁊ papirus aduſta. litargirum. ⁊ ceruſa ⁊ medicamina. ⁊ vnguenta compoſita que infra dicentur:

¶ Diſtinctio mitigantium dolores.

Mitigatiua doloris huiuſmodi duo ſunt genera. Sũt eñ mitigatiua que vere ſũt mitigatiua. ⁊ hec debent eſſe temperata. ſ. in caliditate ſicut rodoleon tepidum. ⁊ etiã que dicta ſũt in capitulo rarificantiũ pororum: vt oleũ tepidum: ⁊ aqua tepida: ⁊ vitellus oui: ⁊ eius albumẽ cum eo camomilla: et cera. Alia ſunt mitigatiua cum alteratione complexionis lapſe in calore. vt ſunt repcuſſiua ſicut ſolatrum: ⁊ cetera: que de parte patiente repellunt materiã. ⁊ hec in principio apoſtematis adminiſtrantur. Deinde ſi res nõ perficitur adminiſtrantur aperientia poros: vt ſupra dicta vel cum alteratione complexionis lapſe infirmi. ⁊ hec ſunt calida temperata: vt dyaltea. tetrafarmacõ ⁊c. Sunt ⁊ alia mitigantia que ſua frigiditate in vltimo ſtupefaciũt membra vnde tã dolorẽ ex frigido q̃ꝫ ex calore videnꝫ auferre. Ex quibus ſũt opiũ mandragora iuſquiamus. papauer nigrum. ⁊ ſimilia. que nullo modo ſunt apponenda niſi cuꝫ calor et dolor fuerit intollerabilis: et reliqua auxilia nõ valent: ſed piculũ mortis imminet: quoniam niſi iterũ ſus fuerit calor maius eſt periculum qð ex eis de ſtupefactione accidit membris quandoq; ſit perfectus. Unde

Gal. in libro de ingenio ſanita. Et ſi eger per vigilias ducatur ad moꝛtē ſomnifera dānabis. Modo ponemus vnguenta et pulueres. trociſcos epithimata. decoctiōes et alia cōpoſita que in cyrugico opere ſm̄ diuerſos auctoꝛes experta ſunt.

Medicamina maturatiua compoſita.

A carbunculis et botho

1 thoꝛ que fiunt in lachꝛymali maturatiuū. Re. butyrum ⁊ cōfice cū farina frumēti. Et nota ꝙ oē emplaſtrū maturatiuū dꝫ iterū apponi alio die ſup apa poſt inciſionē ſi cū ferro incidaꝛ vt digerātur labia inciſa ⁊ mitigat doloꝛeꝫ.

Aliud in apate calido nō multū. Re. farine cribꝛate electi frumēti. vel farine oꝛdei in apate plus calo ptes. ij. et croci lꝛrat. j. cum aqua calida ⁊ coque ad ignē vt fiat tenax. ⁊ qn̄qꝫ poniꝛ ibi de oleo cōi coquēdo ⁊ vtere.

In apate magis calido. Re. folia maluarū ⁊ coque i aq̄ et expꝛie ab ea ⁊ tere. ⁊ trita cōgrega cū farina oꝛdei. ⁊ fenugreci. ⁊ ſeminis lini. ⁊ farina. floꝛis camomi. in modū pultis ⁊ parū butyri vł olei ro. vel camōille. cū aſſungia pulli. ⁊ confert in vulnere contu ſiuo. ⁊ coquatur ad ſpiſſitudinem ⁊ ponatur calidum.

Aliud bonum in emunctoꝛijs. Re. radices euiſci ⁊ parū malue ⁊ coquanꝛ in aqua ⁊ expꝛ̄manꝛ ⁊ teranꝛ cū farina fenugreci ⁊ ſeminis lini. ⁊ floꝛū camomille. ⁊ medulla fermēti. ⁊ oīa teranꝛ cum aſſungia poꝛci vnius anni:

Aliud in materia ꝓfunda groſſa. Re. cepas albas coctas in aqua ⁊ oleo. vel ſub pꝛuna ⁊ munda ⁊ tere cū medulla fermenti ⁊ cum aſſungia ⁊ pone calidum.

Emplaſtrum ſerapinum ad apata teſticuloꝝ ca. Re. farine fabaꝝ cribꝛate et coquaꝛ cū oleo roſato: ⁊ aqua et liniatur ſup ipſum.

Aliud ſimile. Re. folia alkekengi. recentia ⁊ miſceanꝛ cum farina oꝛdei ⁊ oleo ro. ⁊ vitellis ouoꝛum ⁊ cum eo epithimetur.

Aliud in apate flegmatico ꝙ etiā vulneri ſiue vlceri cōfert. Re. radicis maluauiſci ⁊ frondes opij: ⁊ bene in aq̄ coquantur. ⁊ ſi eſt ibi vulnus vel vlc⁹ cū apate vel i mēbro neruoſo. etiā opoꝛtet poni emplaſtꝝ maturatiuū. vt q: apa nō eſt i pꝛicipio: imo quaſi in ſtatu: tūc iſta coquātur in lixiuio vel in aqua mellis vbi coctū ſit ſerapinum et expꝛimatur ab aqua ⁊ teratur cum ſupꝛadictis alijs.

Aliud quo vti poſſumus vbi ſit vulnus ⁊ diſruptio. R. farine oꝛdei cribꝛate ⁊ cū aqua ⁊ melle incoꝛpoꝛentur et coquantur donec equeꝛ ⁊ ſpiſſum fiat. Et nota ꝙ omnia emplaſtra q̄ dicunꝛ maturatiua poſſunt eſſe reſolutiua diuerſis reſpectibus.

Emplaſtrum cōferēs in apate teſticuloꝝ ⁊ duritie pauca habēte malā ꝯplōnē ca. Re. folia malue ⁊ parū de roſis ⁊ coquantur in aq̄: ⁊ poſtea expꝛimanꝛ ⁊ teranꝛ cū iſta decoctiōe ⁊ oleo ro. ⁊ farina fabe cōficianꝛ ad modū pultis ⁊ coquātur ad ſpiſſitudinē ⁊ tepide apponaꝛ. Et ſi remanet duricies: tunc remoue cum euiſco cū ſupꝛadictis. Hoc eodē modo valet in apate in mamillis facto ſimili modo.

Aliud in eodē tempoꝛe bonū ad idē. Re. farine oꝛdei pugillos duos. farine fenugreci. ⁊ ſemis lini pugillum vnū vł parū min⁹. coquaꝛ ſimul. ponaꝛ cū eis oleū roſa. ⁊ ſi idiges maioꝛi reſolōne pōes oleū aneti vł camōille.

Emplaſtrum ſiue vnguētū dyaglon magnuꝫ qd̄ dicit arabice comōdegūmis expertū ad reſoluendū ⁊ maturationē oīs duriciei ⁊ inflationis. cuius ꝑmixtio hec ē. Re. litargiri mūdi triti et cribellati. ℥. xij. olei hircini. olei camomilli. olei anetini. an̄. ℥. vi. mucillaginis fenugreci. ⁊ ſeminis lini. ⁊ mucillaginis ficuū pinguiū. ⁊ paſſulaꝝ. ⁊ altee. ⁊ ſucci yreos ⁊ ſucci ſquille ⁊ yſopi humide. glutini. alçanac. ana. ℥. xij. et. ſ. terpētine. ℥. iij. reſine pini. ⁊ cere citrine. an̄. ℥. ij. Cōficianꝛ ſicut dictū ē. ⁊ eſt expꝛtuꝫ. Inquit filius çacharie: ⁊ acquiriꝛ eis in decoctione vt deſcendat ad molliciem cere ⁊ accedat ad ſpiſſitudinem vnguētoꝛum ⁊ liniatur in panno ⁊ ponatur vbi opoꝛtet. Et qn̄qꝫ ponitur apoſtolicon cum dyaquilone ⁊ facit duas operationes ſimul.

Emplaſtra repercuſſiua.

Emplaſtrum repcuſſiuū ⁊ cōfoꝛtatiuū mēbri ne recipiat humoꝛē i apoſtemate calido ſanguineo in pꝛincipio ⁊ in colerico. ſimiliter poſſumus vti iſtis cū ſucco lactuce ⁊ raſure cucurbite et ſempuiue ⁊ ſimilibus. Re. ſolatri. folioꝝ poꝛtulace. ⁊ ſēperuiue: ⁊ vermicularis. et cimbalarie. ſimul oīes vel aliqua iſtarū teranꝛ in modū ſalſamenti: ⁊ miſce parum aceti ⁊ olei roſati ⁊ ſup locū ponaꝛ. ⁊ ſi ſiccaꝛ remoueaꝛ. vel ex eis extrahatur ſuccus ⁊ cū farina oꝛdei. ⁊ ol. roſa. et aceto fiat emplaſtruꝫ.

Itē aliud valde cōe in calida ꝯplōne. Re. ro. folioꝝ maluarū coquātur in aqua ⁊ expꝛ̄mantur ⁊ teranꝛ in moduꝫ vnguenti. ⁊ ſup locum ponaꝛ. ⁊ eſt valde cōe emplaſtrū et ē mirabile in oīi mala cōplexiōe calida. Vel accipe farine oꝛdei. ℥. vi. ⁊ ſādali citrini albi ⁊ rubei. ana. ℥. iiij. et pulueris roſaꝝ. ℥. ſ. boli armeni. ℥. iij. miſce cū aqua roſata ⁊ aceto. ⁊ epithimeꝛ locus. Vel recipe roſaꝝ rubeaꝝ et parum cāphoꝛe. ⁊ folia malue et fac decoqui in aqua et decocta expꝛime ⁊ tere. Deinde ꝯtere cū farina oꝛdei et tere cū aqua vbi ſit cocta ⁊ pōe olei roſa. ℥. ij. ⁊ aceti. ℥. iij. ⁊ oīa coque ad ſpiſſitudinē. ⁊ pone ſup locū frigida.

Emplaſtrum quod valet ad doloꝛē ſtomaci calidū: ⁊ epatis ⁊ colerice paſſioni herſipile. et althoym. epithimatū ſup coꝛ et pulſui coꝛdis calido ⁊ oīi apoſtemati calido ⁊ in pꝛīcipio. Re. ſādaloꝛū vniuſcuiuſqꝫ generis. boli armeni. roſarū rubearum ſeminis pſilij. ana. ℥. ij. ſeminis poꝛtulace: ⁊ ſeminis lactuce. ana. ℥. ij. ⁊ cāphoꝛe. ℥. ſ. teranꝛ oīa et confice ad modum vnguenti cum aqua roſata et agreſta. et aceto et farina oꝛdei q̄ꝫtum omnia.

Emplaſtrum maturatiuū in carbunculis. R. ficus ſiccas pingues ⁊ paſſulas ⁊ decoque i aq̄. vel nō coquas teras in modū vnguēti cū medulla fermēti ⁊ butyro vł aſſūgia poꝛcina recēti ꝯfice

Emplaſtrum partim reſolutiuū ⁊ partim repercuſſiuū qd̄ ꝯuenit apoſtemati calido in augmēto. R. roſarū abſinthij. maluarū. ⁊ coquantur in aqua ⁊ expꝛeſſis ex aqua teranꝛ ⁊ cum farina oꝛdei miſceanꝛ cū decoctione iſtarum et cum oleo camomille et roſato donec inſpiſſentur ⁊ coquantur.

Emplaſtrum qd̄ ꝯuenit in ſtatu apoſtematis Re. farine oꝛdei. ℥. vi. ⁊ fenugreci ⁊ ſemis lini. ana. ℥. j. floꝛū camomille ⁊ folioꝝ apij. et roſarū ⁊ furfuris ſubtilis. ana partē vnā. Si vis coquaꝛ folia apij pꝛius. deinde pone roſas ⁊ expꝛime iſta ab aq̄ et tere ⁊ cōfice ſimul iſta. et pulueres cū farina oꝛdei ⁊ cū decoctione et cum. ℥. j. ſ. camomillini in modum vnguēti et vtere.

Aliud qd̄ ꝯuenit in declinatione apoſtematis. R. farine fabarum vel oꝛdei. ℥. vi. et qn̄qꝫ iugimus farinā fenugreci ⁊ ſemis lini. et floꝛū camomille et de butyro ⁊ mellis. ℥. iiij. diſtemperatum cum vino et aqua. et aceto ⁊ coquantur in modum vnguenti et vtere.

Item in his caſibus valet paritaria calefacta in teſtis calidis infuſa cum oleo camomillino. Et ſi vis parū aceti ⁊ folia apij et vꝛtice et ſpargula et folia poꝛri adde. et etiā ſi illa coquanꝛ cum lixiuio et cū furfure ſubtili ⁊ melle et ſale et ſimilibus exiccatiuis ⁊ inciſiuis.

Emplaſtrum repercuſſiuū in ꝑncipio mēbri confoꝛtatiuum ne recipiat materiam in apoſtemate frigido flegmatico et a flegmate ſubtili vbi digitoꝛum impꝛeſſio ſeruatur.

Re. cineris cōis cribꝛati vel vitis. furfuris ſubtilis. ana.

partes.ij.⁊ pulueris gallarū cypreſſi ptem vnā.Conficiā tur cum melle ⁊ vino.⁊ coquantur ad ſpiſſitudinem.

Emplaſtrum in apate ſſatico ſubtili ⁊ groſſo ℞.pulueris calamēti et cimini et cineris cribrati.⁊ furfuris ſubtilis.⁊pulueris ruthe.et mellis.⁊ ſalis.⁊ oīa incorpa cū lixiuio ⁊ pauco aceto⁊ co que ad ſpiſſitudinē. Et ſpōgia noua ſepe infuſa in aqua cineris calīa⁊ expſſa ſup tale apa valet vl̄ excuſat hec om nia et melius.

Emplaſtrum in apate vētoſo.℞e. peciā ple nā ſale ⁊ milio ⁊ calefac i teſtis et pone ſup locū ventoſū. vel accipe ciminū ⁊ calamen tum et rutham pulueriçatam ⁊ furfurem ſubtilem ⁊ mel et ſalem. et omnia coque in vino ⁊ emplaſtra.

Emplaſtrum maturatiuū ⁊ mollitiuū qđ con uenit in oīni duricie. ℞.radicū coctaru maluauiſci et ↄtritarū.li.ij.ſepi hyrcini. bdellij. ana.ʒ.iij.mucillaginis fenugreci.ʒ.ij.Et diſſolue bdel liū ad ignē cū oleo de lilio.deinde cū alijs optīe incorpa.

Emplaſtrum optimū mollitiuū oīm duritie rū.℞e.ſepi hyrcini.⁊ optime cō tere ad modū vnguenti.deinde cū ficub⁹ ſiccis piguib⁹ incorpa i modum empl̄i ⁊ loco duricie appone et opti mum inuenies.

Emplaſtrum maturatiuū ⁊ reſolutiuū i ma teria ſſatica groſſa.℞e.malua uiſci.li.ſ.farine fenugreci.ſeīs lini.aā.ʒ.iij.olei liliorꝝ.ʒ. ij.medulle cruris vaccini.ʒ.iiij.Fiat emplaſtrum.

Emplaſtrum mollitiuū doloris mitigatiuū ⁊ maturatiuū i pectore ⁊ i oī loco pter loca vbi oꝫ miſceri ↄfortatiā rōe nāe mēbri ſicꝫ epar vbi miſcere abſinthiū ⁊c.℞e.radices maluauiſci ⁊ folia malue ⁊ coquanꝭ ⁊ teranꝭ cū puluere fenugreci:ſeīs lini et florꝝ camomille.⁊ impinguet cū butyro⁊ aſſungia por ci recenti.⁊ qñqꝫ ponitur medulla fermenti.

Emplaſtruꝫ optimū oīm duritieꝝ mollitiuū et reſolutiuū in quocunqꝫ loco ⁊ ſpē egritudinis vbi fit duricies.℞e. radices maluauiſci bene coctas et bdellium prius mollificatū cū oleo camo mille ⁊ aſſungia anſeris vel anatis vel galline vel porci ne recentis.⁊ optime incorpa oīa in modum emplaſtri et eſt optimū.Et quandoqꝫ ponim⁹ ficus ſiccas.Et quā doqꝫ loco aſſungie anſeris ponimus ſepum caprinum.

Emplaſtruꝫ qđ optime ↄfert i vlcerib⁹ apoſis ad deſiccandū ⁊ iſt locis neruo ſis.optīe ei deſiccat:⁊ mūdificat.℞e.farine ordei ⁊ fabe et cōfice cū aceto ⁊ melle.⁊ etiā ↄfert i apate ſſatico qđ ſu peruenerit mēbro vulnerato neruoſo.⁊ qñqꝫ addiꝭ cinis cribratus.⁊ qñqꝫ puluis orobi ⁊ yreos:ſi vis vt magis de ſiccet.⁊ ↄuenit etiā ↄtuſioni ſup neruos.Et ſi dolor ſit ni mius addiꝭ pix.Et ↄuenit etiā ibidē ſi eſt ſepatio iunctu re in fine rei:⁊ quocūqꝫ mō fiat ſit coctū in olla.

Emplaſtrum optimū qđ cōfert formice cor roſiue ⁊ miliari ⁊ vlcerib⁹ cali dis ⁊ virulentis ex ſſate ſalſo factis vehemētibus ⁊ igni perſico vlcerato.⁊ breuiter oīni vlceri ambulatiuo ſupfi ciali ⁊ podagre calīe.℞.roſarū.ʒ.j.lentiū partes.iiij. fa rine ordei ptes.iij.roſe coquanꝭ in aq̄ ⁊ exprimanꝭ ⁊ te rantur.⁊ lētes mollificenꝭ prius vna die.deinde coque lentes bene. deinde piſtenꝭ vt pus ⁊ cum roſis ↄficianꝭ ſimul cum farina ordei cū illa decoctiōe lentiū ⁊ roſarū ⁊ pone i olla ⁊ adde olei ro.ʒ.ij.vel plus coquāꝭ ad ignē ⁊ fiat ſicut emplaſtrū ⁊ vtere.Et i fine taliū vlcerum po natur ſola plantago ſic trita ſicut ſal ſa.⁊ qñqꝫ addiꝭ pul uis corticū granatorꝝ.⁊ qñqꝫ poniꝭ plantago ad decoqn dum cū roſis.plātago tñ maiorē ſuſtinet decoctionem.⁊ qñqꝫ additur puluis mirtillorꝝ vl̄ puluis orobi ⁊ ſimilia. Pulueres tamen ſubtiliter pulueriçentur et cribellenꝭ.

Emplaſtrum ↄferēs igni pſico ⁊ prune ⁊ ſimi libus.℞e.arnogloſſe ⁊ optime teratur.⁊ coquaꝭ in aqua cū pauco roſa.Deinde exp̄mā tur ab aqua ⁊ terātur ⁊ ↄficianꝭ cū aqua illa ⁊ cū medul la panis furfurei ⁊ cum lentib⁹ bñ coctis ⁊ piſtatis ↄficiā tur ſil̄ in modū pultis.⁊ iūgatur ibi puluis gallarꝝ ⁊ coq̄ tur ad ſpiſſitudinē ⁊ liniantur ſup peciam ⁊ ponaꝭ ſuper locum ſiue ſit ibi vulnus vel non.

Emplaſtrum bonū herſipille vlcerate.℞e. ro.et maluas ⁊ coquanꝭ ſimul in aqua:deinde exprimātur ⁊ teranꝭ cū pauco oleo ro.⁊ pauco aceto ⁊ miſceaꝭ ibi puluis lentiū ⁊ corticū grana torū.⁊ ſimilia exiccatiua ⁊ portulaca cōtrita et cocta.

Emplaſtrum multū deſiccatiuū in vlceribus et apoſtematib⁹ ⁊ tumoribus ⁊ ad impetiginē ⁊ albaras virulētas ſqualidas factas cace ſijs aquoſis ⁊ in hernia aquoſa ⁊ maxime in pueris.℞. baccarū lauri.ʒ.iij.fimi colūbini:aluminis iameni.ana. ʒ.ſ.terbētine li.ſ.vl̄.li.j.pulueris gallarū.ʒ.j.ſ.liquefiāt omnia pl̄ueriçādo cū lixiuio⁊ coquāꝭ ad ſpiſſitudiem

¶Ad idē.℞e.tartari alūmis ⁊ gallarꝝ.aā.ʒ.ij.terbentine. ʒ.vi.vitrioli viridis.ʒ.j.oīa pulueriçenꝭ ⁊ cum lixiuio ⁊ aceto cōficiantur ⁊ ad ſpiſſitudinem decoquantur.

Emplaſtrum qđ confert in vlcerib⁹ apoſis et apoſtemati ſſatico malo humi do ſine dolore.℞e.mellis li.j.tartari pulueriçati.ʒ. iiij aceti.ʒ.ij.ſulfuris ſubtilis.p.j.ſtercoris capñi. ʒ.ij. lixiuij ciatum vnum.omnia coquātur ad ſpiſſitudinem.

Emplaſtrum dolorē mitigās et locū leniēs tumidū et digerēs qđ poniꝭ ſu per locu vbi cadit vulnus ſicꝫ in vulnere penetrāte in pe ctore poſito pus ſtuello in orificio cū mellicrato qđ nō ca dat inter ſtuellū qđ ſui nō pōt:vel vbi cadit ſagitta q̄ ha beri nō pōt reſtricto pus ſanguie cū albumie oui. ℞e.fo liorū abſinthij ⁊ roſarū rubearum.ruthe et maluas pau cas.aā.p.ij.Coquanꝭ in vino albo: deinde exprimantur et in modū pultis conficiantur cū mellis.ʒ.vi.⁊ farine or dei et puluere fenugreci ⁊ ſemis lini ⁊ florū camomille. ana.ʒ.j.Cōficianꝭ et cū decoctiōe iſtius vini in modum pultis et ponatur in olla: ⁊ ponaꝭ ibi oleum camomille ana. ʒ. ij.vel butyrū.ʒ.x.et coquanꝭ ad ſpiſſitudinem: et aliq̄t dieb⁹ tepidū apponaꝭ et eſt bonū etiaꝫ in ↄtuſiōib⁹.

Emplaſtrum deſiccans et cōſumēs ſſaticum tumorē in quocūqꝫ loco ſit. ℞. ſtercoris caprini pulueriçati:mellis et farine fabe vl̄ oro bi ⁊ aceti:et oīa coquanꝭ ad ſpiſſitudinē.

Emplaſtruꝫ mediocre inter reſolutiuū ⁊ al teratiuū: doloris mitigatiuū: ſa nem in vulneribus cōtuſis vel doloroſis vel alteratis i caſu aliquo mō inducēs. ℞e.ro.ʒ.j.et lixenꝭ deinde expſ ſe ab aqua exp̄manꝭ ⁊ teranꝭ in paraſide cū duobus pu gillis farine ordei et olei roſati.ʒ.ij. Et in illa decoctiōe dictarꝝ roſaru m ſil̄ incorpa i olla ⁊ coquantur ad ſpiſſi tudinem.

Emplaſtrum qđ lenit nodoſitatē neruorꝝ.℞. ſerapini. ʒ.iij.caſtorei. ʒ.ij.eu forbij.ʒ.j.ſ.bdellij armoniaci.aā.ʒ.iiij.teranꝭ ⁊ liniantur cū aq̄ calīa et ſumanꝭ cere.ʒ.xv.et olei ſambuci.ʒ.iij. Liq̄ fiant ⁊ miſceanꝭ cū medicinis iſtis:⁊ ēpl̄eꝭ loc⁹ leſ⁹ cū eo.

Emplaſtrum qđ ↄfert ad apata emorroydarꝝ ⁊ dolorē earū.poſitis ſi indiget ſanguiſugis.℞e.cepas albas ⁊ coque in igne et munda eas:deinde tere optīe cū pauca farina fenugreci ⁊ ſe.lini et florū camomille et ipīgua cū butyro et empl̄etur tepi dum. Et confert multū hoc emplaſtrū ad dolorē auris ad ventoſitatē ex humoribus groſſis.

Emplaſtrum ad podagrā calidā ⁊ etiā in vl ceribus virulētis.vꝫ.ſi adiun gis ibi çeçi.ʒ.vi.⁊ eſt optimū.℞e.roſa.ʒ.ij.lentiū.ʒ.vi. farine ordei.ʒ.iiij.Coquātur roſe ⁊ lentes et teranꝭ mul tum cū ſua decoctione ⁊ cum farina ordei in modum vn guenti.Et qñqꝫ poniꝭ olei roſati et parum aceti.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Emplaſtrum ad podagrā fridā. ℞. mirre. ℥.ſ aloes.℥.j.croci.℥.j.farine lupinorū p.ij.ſalis p.j.furfuris ſubtilis.p.iij.mell'.li.ſ.decoqntur i aq̄ cineris:ꝛ extēdanť in pānoꝛ vtere cal'o ſup locū.

Epymach .i.emplaſtrū ſtomaticū cōferēs ad dolorē ſtomaci:ꝛ epis ex fridate ꝛ ad malicia digōnis ꝛ vētoſitatē.℞e.croci ꝛ aloes.aā.ʒ.j. maſticis.ʒ.iij.abſinthij.ʒ.ij.et ficus.ʒ.j.ſ.gūmi ara.ʒ.vij.ol'.de ſpica q̄ztū eſt neceſſe:miſceantur ꝛ adminiſtrentur.

Epymach aliud cū mellilloto ad apāta dura in ſtō et epe ꝛ ſplene.ꝛ reſoluit apāta cal'a et apāta dura.℞e.mellilloti:fenugreci:floꝝ cāomil'.baccaꝝ lauri:aloes eupatorij.ana.ʒ.iiij.abſinthij.ʒ.ij. armoniaci bdellij ana.ʒ.ij.ficuū ſiccarū nūero.x.Fic⁹ ꝛ fenugrecū decoq̄nť i aceto ꝛ admiſceāť ꝛ pcutiāť ꝛ fūdāť ſup illō aliqd ex butyro vaccio:ꝛ fiat ēpl'ꝫ.

Emplaſtrum reſolutiuū in ꝯtuſionib⁹: reſoluit eni ſanguinē mortuū groſſū. ℞. farine ordei fenugreci ſemis lini:ꝛ floꝝ camomille:ꝛ parū ſulfuris:ſubtiliꝫ arſenici ſubtiliter cribrati.oīa coquāť cū decoctiōe calamēti et oleo camomillino.

Emplaſtrum faciēs ad alopiciā.℞e.euforbij.ʒ.v.ruthe mōtane.ʒ.iiij.nigelle cōbuſte.ʒ.i.ſeis armell'.ꝯbuſti.ʒ.iij.corticis arboris fici.ꝛ folioꝝ ei⁹.ſpume maris ꝯbuſte.ana.ʒ.ij.teranť ꝛ conficianť cū aqua ſepe ſqlle:et epithimeť cū eo.xx.vicib⁹:donec loc⁹ rubeat ꝛ ſanguinolentus fiat ꝛ epithimeť rurſus ſup eū ar.ro.ꝛ laudanūꝫ ꝛ abſinthiū cōbuſtū ꝛ ſiſimbriū ꝛ liciū de oī eq̄lr cū aqua ſolatri.

Epithima exptū qd ꝓfert ipetiginē ꝛ pruritum totius corpis ꝛ ſcabiē. Sumātur ſcoria argenti:ꝛ duo arſenici:rubee tinctoꝝ ꝛ cedoarie:ꝛ ſulfur citrinū ꝛ albū:ꝛ merdaſengi:ꝛ galle:ꝛ çeçi:ꝛ cōduſi equali mēſura ꝛ ꝯficianť cū aceto ꝛ oleo q̄ztū ſufficit.

Epithima aliud ad ipetiginē ꝛ ſcabiē hūidam. Accipe folia oliuarū ꝛ ſūmitates oleandri recētes.teranť ꝛ exꝓmanť:ꝛ ſumāť ex ſucco eoꝝ ptes.ij.ꝛ olei.p.i.ꝛ decoquātur ſup prunas donec ꝯſumetur ſucc⁹ ꝛ remaneat oleū et coleť ꝛ ꝓijciatur ſup ipſum arſenicū ꝛ ſulfur q̄ztum neceſſe eſt ꝛ liniať cum penna.

Emplaſtrum qd delet ipetiginē:ꝛ verrucas. ℞.calcē viuā ꝛ fecē vini cōbuſtāꝫ ꝛ optime ꝯtere ꝛ cū viſco diu miſce:ꝛ verrucis appone:deſiccat eni eas ꝛ extrahit.

Emplaſtrum ad ſcabiē ꝛ ipetiginē humidam. ℞.alchāne.℥.v.fuliginis furni.℥.ſ.coriandri ſicci combuſti.℥.vij.ſcorie argenti:merdaſēgi.ana.℥.iiij.teratur ꝛ cribelletur ꝛ liniatur cum aceto ꝛ oleo roſato.

Epithima ad ipetiginē ꝛ ſaphati bonū.ſumāť merdaſengi:et ceruſe plūbi venarū tinctoꝝ et ſcoria argenti equali mēſura ꝛ teranť ꝛ cribrētur ꝛ cōficiantur cū oleo ro.ꝛ aceto ꝛ liniatur cum eo.

Epithima aliud ad ſaphati ſiccā ꝛ hu.℞e.thucie.ʒ.x.ſceha ꝯbuſti.ʒ.ij. merdaſengi ʒ.ij.teranť ꝛ ꝯficianť ꝛ cribelleť cū ol'o ro.ꝛ ſtet ifirm⁹ ad ſolem parum.

Epithima ad ipetiginē hūidā ꝛ alopiciam.Sumanť ſpuma maris: tartarū cōbuſtū et fruſtrū lauri:ptes eq̄les: terāť oīa ꝛ ꝯficianť cuꝫ aceto et illuminantur cum eo.

Epithima ſublime:qd abradit pillos ꝛ lenit corpus.℞.amili.ʒ.x.in deſcriptiōe alia.ʒ.c.calcis ſubtilis.ʒ v.arſenici ſubtilis.ʒ.xx.teranť vnūq̄dq̄ p ſe ꝛ cum aqua conficiantur ꝛ adminiſtretur.

Epithima ad cōbuſtionē ignis ꝛ vlcera cal'a deſiccat eni ſine modicatōe ad oīa ſilia valet excoriatiōi puſtule male ꝛ vlceratiōi naſi. Sumaf ſubtilis calx ꝛ abluaf decies cū aqua ꝛ ꝯficiaf cum oleo roſato ꝛ ceruſa plūbea ꝛ albumine oui ꝛ liniatur cū eo.

Epithima ad fixuras que fiūt in ano. ℞.medulle oſſiū vaccarū ꝛ medulle fermenti. Et oīa fiāt in modū vnguēti incorpeť ꝛ in ano fiſſo appone cum pecia ſubtili.

Epithima ad pruritū ꝛ apāa ani.Sumāť ro.ru.et lentes excorticate ꝛ mollite ꝛ pmiſce coctas vtraqꝫ ſiml' cū aq̄ ſolatri:ꝛ oleo ro. Et in modū peſte empl'eť locus.

Epithima aliū ad apā in ano ꝛ īteſtino.℞e.fol'. maluarū ꝛ coquanť cū aqua ꝛ exꝓrimanť et ex ea teranť. Et iterū cū ſua decoctiōe decoquantur cū oleo ro.ꝛ cū medulla panis:ꝛ cū fuerit groſſū tolle ab igne:ꝛ cū fuerit tepidū cōmiſce vitellos ouoꝝ ſex.

Epithima ad ſciſſuras q̄ fiunt in manib⁹ ꝛ pedibus ex colera nigra ꝛ citrina.℞. butyrū vaccinū ꝛ cerā equalr et liqueſiāt ſil' ꝛ impleaf loc⁹ fiſſurarū:liqueſiat ol eū roſatū ꝛ cera alba adminiſtra.

Epithima qd abſtergit faciē ꝛ eradicat pannū. ℞e.lupinoꝝ ſiccoꝝ ꝛ fabaꝝ ſiccarū: ꝛ excoriataꝝ ꝛ ſemis batheçe oīum.ana.p.i.ciceris excorticati ptē.ſ.cribellentur ꝛ ꝯficiantur cū aq̄ bathece.

Epithima aliud ad pannū in facie.℞e.corticis oui vſnee cāpeſtris. farine oꝛ. radicis cāne ꝓſice:fabe ſpume maris ana.ſumanť ꝛ cribrata conficiantur cū lacte recenti iuncto ꝛ liniatur facies.

Epithima ad puſtulas duras in facie ex humore groſſo:ſtercus galline teraf ꝛ ꝯficiatur cum melle.et ſumanť fabe excorticate pulueriçentur ꝛ teranť ꝛ ꝯficiāť cū ipo melle.

Epithima qd ꝓfert oculo ad quē deſcendit materia ꝛ ꝓfert ad apāta.℞.aloes ſuccotrini.ſief. memithe lilij:mirre acacie:croci:opij:equali menſura ſumanť ꝛ terantur ꝛ conficiantur cum aqua ſolatri ꝛ adminiſtrenť.

Epithima qd dormire facit.℞.ſeis lactuce:opium:ſemē iuſq.albi mādra. terāť ꝛ cōficiantur cū aq̄ decoctiōis papaueris:ꝛ liniańť ſupcilia.

Epithima ad pulſationē tympoꝝ.℞. acacie mirre gūmi ara.ana.ʒ.ſ.balauſtiarū.ʒ.iij croci.ʒ.ſ.terantur ꝛ conficiantur cū aceto ꝛ liniantur.

Epithima ad lūbricos ꝛ aſcarides i vētrib⁹ infantiū. Sumanť lupini ꝛ pulueriçētur:ꝛ ſi vis humectenť ꝛ ꝯficianť cū felle thauri vel cum melle et liniatur vēter vſqꝫ ad vmblicū et ſup ipm.

Epithima ad fetorē aſcellaꝝ.℞e.alumis ameni.ʒ.ij.mirre.ʒ.ſ.mirtilloꝝ ꝛ ro.aā. ʒ.iij.merdaſengi.ʒ.ij.terantur cribellentur ꝛ ꝯficiantur cum aqua decoctionis roſarum.

Epithima maturatiuū ꝛ circa gulā ꝓpter ſqnantiā optimū attractiuū.℞e. fic⁹ ſiccas pigues.xx.ꝛ coquanť:ꝛ cocte teranť ꝛ fiē elarium ꝯficiantur cū ſua decoctiōe:ꝛ cū farina ordei ꝛ cū medulla fermēti:ꝛ ponātur ꝓpter ſqnantiā ſup peciā circa gut'.

Epithima ad ſcabiē ꝛ pruritū;et ē optimū.℞e. terbē.ij.ʒ.ol'i.cōis.ʒ.iiij.ꝛ mīſtū ſil' cū piſtello in mortario ducāť:deinde accipe de terra quam ſpeciarie appellāt terrā camelli ꝛ cribreť ꝛ incorporetur cum predictis in mortario donec equetur et vngatur mēbrum ſcabioſum ex iſto.

Emplaſtrum optimū qd maturat:ꝛ valet ī carbūculis maturādis iuuat ad maturatōeꝫ apātis q̄n iā maturū ē ꝛ digeſtū ꝛ attrahit ꝛ ptes circūdātes rectificat ꝛ mūdificat.℞e.fic⁹ ſiccas ꝯtere bn̄: ꝛ cepas lilij decoctas i aqua ꝛ pauco oleo:ꝛ medullā fermenti et butyrū:et oīa ſimul incorpora ꝛ ꝯtere ſicut vnguentum et appone tepidum ꝛ etiā pluribus dieb⁹ poſt apertionem apoſtematis.

Emplaſtrū qd abſcindit ꝛ deſiccat lac coagulatū ꝛ in mamill' mltiplicatū.℞e. ſeis albedoragi.℥.ij.ꝛ pulueriçenť ſubtilr farine oꝛ.ꝛ farina fabarū ana pugillos.iiij.ꝛ cōficiātur iſta cū decoctō

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ne mēte. calamēti ⁊ ruthe cū oleo camo. vl' teraſ ēt ſbā ꝑ
dictarum herbarum coctarū et conficiantur cum farina
ordei ⁊ fabarum ⁊ puluere ſeminis albedoragi et deco-
ctione predictarum herbarū coctarum: ⁊ cuȝ oleo camo
mille et melle ſi ſit vlcus.

¶ Rubrica de dentifricijs.

Entifricium qd̄ dentes abſter-
git ⁊ ꝯcauitatē eo-
rum remouet. Re. cipi. ſalis gēme cōbuſti
in furno ⁊ ſpume maris ⁊ alumis cōbuſti
ana. ptes equales terantur ⁊ vtere.

¶ Dentifriciū bonū: ſal mineralis ſal maſ-
ſe terantur ⁊ cribreſ ⁊ conficiaſ cū melle mūdo et con
fecta inuoluantur cū folijs fici aut cū cartis ⁊ comburaſ
ſuper pruna: vel in furno ⁊ ſumaſ ex eo pars. i. ex fructu
thamariſci cōbuſto ⁊ cribellato pars. ſ. ⁊ ſpuma maris p
tes. iij. totū ſic teratur ⁊ cribelletur ⁊ adminiſtretur.

Dentifricium bonū. R. lateri rubei noui fru
ſtum vnū et pulueriçetur non
multū tritū ſed groſſo modo coquaſ cū melle ad ſpiſſi-
tudinem ⁊ ponaſ in piſcide: ⁊ ex hoc dentes fricentur.

¶ Sequitur rubrica de trociſcis.

Rociſci ad eū q̄ ſpuit ſanguinē. R.
acacie roſaꝝ. gūmi arabici
karabe añ. ʒ. iij. amili: ſpodij: coralli: ligritie
terre ſigillate: balauſtie: oīuȝ eq̄lr ꝯficiaſ
cum mucillagine pſilij ⁊ adminiſtrentur.

Trociſci ad eū qui ſpuit ſanguinē. Re. acacie. ʒ.
iij. roſa. balauſtie: ana. ʒ. viij. gūmi ara.
ʒ. iij. dragaganti: terre ſigillate ana. ʒ. ij. teraſ ⁊ cōficiā-
tur cum aqua pluuiali ⁊ adminiſtretur.

Trociſci ad illū q̄ mingit ſanguineȝ. Re. alumis
iameni. ʒ. i. dragaganti. ʒ. ij. terre ſigilla
te: ſemis portulace: balauſtie. añ. ʒ. iij. teraſ ⁊ fiāt trociſci.

Trociſci andron: q̄ exiccāt vlcera pulueriçati q̄ñ
cōficiunſ cū aceto ⁊ oleo ro. ſi vis. valēt
eni vlceribus multe humiditatis ⁊ caſis alijs. Re. corti-
cum pomoꝝ granatoꝝ vel capitū. ʒ. x. gallarum nō pfora
tarum. ʒ. iij. mirre: ariſtologie ro. añ. ʒ. iiij. dragagā. alu
minis iameni: añ. ʒ. ij. ȝezi. ʒ. iiij. conficiaſ cū rob q̄ñ ſub
tiliter ſūt pulueriȝati ⁊ exiccentur. Et q̄ñ eſt neceſſe tera
tur vnus ex eis cū ſucco cū quo oȝ in modū vnguēti: vel
cū ſucco arnogloſſe: vl' cū aceto vel cū aliquo liquore. ⁊c̄.

¶ Iſti trociſci andaron q̄ñ teruſ in aceto vel oleo roſa.
vel mirtino in modū vnguenti liniuſ ſup impetiginem
vlceroſam ⁊ ſup cruſtas vlceroſas et vlcerā virulenta et
formicalia valde cito conferūt ⁊ in capitibus mamillaꝝ
virulentarū ⁊ cruſtarum ⁊ ſaphati humidi capitis.

¶ Alij trociſci ad idem. Re. corticis granatorū. ʒ. x. ariſto
logie gallarū nō perforatarū. añ. ʒ. viij. ſalis armoniaci
thuris aluminis. iameni: añ. ʒ. iiij. calcanti ⁊ mirre: añ. ʒ.
ij. ⁊ terantur ⁊ ꝯficiantur cum vino dulci: ⁊ quandoq; cū
oleo roſato: vel mirtino ⁊ aceto.

Trociſci calidicon carnē mollē corrodētes ⁊ fi-
ſtulis: ⁊ emorroydib⁹: ⁊ putrefactioni
que eſt in toto corpe ⁊ in gingiuis putrefactis: ⁊ herpe-
ſtiomeno. Re. calcis viue ptē. i. arſenici rubei ⁊ citrini kra
li. acacie: ana. p. ſ. oīa hec tria cū aqua que vocaſ p̄ma te-
rantur. ¶ Aqua autē p̄ma ſic fit. Re. calcis viue ⁊ kali. p-
tes equales ⁊ terātur: ⁊ ſexcuplum p̄cedens ipſorum ex
aqua eis admiſceatur ⁊ p tres dies ibi morētur quotidie
agitando: ⁊ poſtea coletur: ⁊ ex ea ꝯficiaſ ⁊ fiant trociſci
et reponaſ vbi ab humiditate tangi nō poſſunt.

¶ Trociſci alij calidicon. Re. calcis nō extīcte. ʒ. xx. ex ar-
ſenicis tribus. ʒ. xx. acacie: ſedeguarā. ana. ʒ. ij. ⁊ conficiā
tur cum aceto vini: ⁊ moueaſ in ſole diebus aliquot.

Trociſci ad gingiuas mollificatas ⁊ noīaſ tro
ciſci de arſenico: debēt poni q̄ñ ex eis re
mota eſt mala ꝯpl'o cū decoctiōe ſumach ⁊ roſa. ⁊ q̄ñ mū-
dificata eſt lues cum melle roſa. Re. arſenici rubei ⁊ citri
ni calcis gallarū alumis oīm añ. ptes equales. Ex quib⁹
pulueriçatis: et cū aceto mixtis formentur trociſci: et cuȝ
neceſſe fuerit puluis ex aliquo eorum fiat: ⁊ gingiue cor-
roſe fricentur ex eo.

¶ Sequitur rubrica de pulueribus.

Uluis qui motos dentes cadere ꝓhi
bet ⁊ eos cōfirmat. Re. balau
ſtie: alumis gallarū: acacie. ypoquiſtidos:
añ. iſta teraſ ⁊ ex eis radices dētiū fricēſ.

¶ Alius. Re. gallarū: emblicoꝝ: mirabo-
lanorū citrinorū: alumis ptes eq̄les: ſumāſ
et tere cū aceto cōficiaſ ⁊ ex eis fiāt trociſci. Et cū neceſ
ſe fuerit motorū dētiū radices ex eis foueaſ: ⁊ ſi hec nō
proſunt cum filo aureo vel ſerico extrahaſ.

Puluis qui cōfert ad vlcera hūida ⁊ ad ſorditieȝ:
et facit naſci carnē ⁊ incarnat vlcera valdē
et abſcindit eruptionē ſanguis in oī loco. Re. ſarcocolle
ʒ. xx. balauſtie: thuris maſculi ſanguis dra. oīuȝ ana. ʒ. v
terantur ⁊ cribelleſ ⁊ ꝯficiaſ ſimul ⁊ adminiſtrentur.

Puluis qui facit naſci carnē ⁊ indurat eā īcarnat
vlcera. Re. ſarcocolle farine kreſue. i. oro
bi. ana. ʒ. iij. ariſtologie: radicis lilij celeſtis: thuris: añ.
ʒ. i. roſaꝝ almarubi. ℥. i. terāſ ⁊ cribreſ ⁊ adminiſtreſ.

Puluis qui corrodit carnē additā ⁊ confert ad cor
roſiuā. Re. colcotar cōbuſtū galle çiniar.
calcadis: çeçi: equaliter ſumaſ ⁊ adminiſtreſ.

Puluis conferēs ad vlcera quoꝝ ꝯſolidatio ē dif
ficilis. Re. aloes par. ij. thuris ptem vnā
balauſtie. p. ſ. terantur ⁊ adminiſtrētur.

Puluis ad vlcera quoꝝ conſolidatio eſt difficilis.
Re. aloes ptes duas: thuris. ptem. i. balau
ſtie ptē mediam: teraſ ⁊ adminiſtrentur.

Puluis ad vlcera quoꝝ tardatur ꝯſolidatio. Re.
mirre: plumbi vſti: gallarū: merdaſengi:
climie ceruſe: ana. ʒ. i. terantur ⁊ adminiſtreſ.

Puluis de ſarcocolla retinēs ſanguinē ⁊ iuuat ad
pcuſſionē factā cū enſe ⁊ ad vulnera capi-
tis. Re. ſarcocolle ptes duas: balauſtie: ſanguis dra. añ.
ptē. i. thuris. p. ſ. terantur ⁊ adminiſtrentur ⁊ premantur
cum palma manus ⁊ ſtringatur ⁊ fiat trociſcus.

Puluis valens ad corroſionē ⁊ ē exptus. Re. arſe
nici rub. ⁊ citrini. añ. ℥. iij. calcis acacie. añ.
℥. v colcotar aduſti. ℥. iiij. terātur cū ſucco arnogloſſe: ⁊
aceto ⁊ exiccentur vel fiant ex eis trociſci.

Puluis qui fit ad puſtulā corroſiuā q̄ fit ī ore. R.
folioꝝ lauri ramorū recētiū ⁊ folioꝝ oli-
uarū ⁊ acacie. ana. ʒ. xx. alumis: iameni: ȝezi: ⁊ colcotar.
añ. ʒ. iiij. teraſ cū ſucco arnogloſſe ⁊ aceto ⁊ admiſtreſ.

Puluis qui carnē generat ⁊ recentia vulnera īcar
nat. Spargitur eni ſup vulnus ſutū ⁊ īcar
nat. Itē ſtuellus factus de pilis leporis ⁊ albumīe oui in
tinctus: deinde in dicto puluere inuolut⁹ mirabil'r de ve
nis ſanguinē fluentē ſtrīgit. Re. aloes ſanguis dra. oliba
ni: ſarcocolle. ana. p. equales. Eſt tñ efficacior cū artificia
liter apponiſ ſm̄ diuerſa corpa: ⁊ q̄ñq; cōponitur ſolum
ex duobus. ſ. ex thure ⁊ aloe.

Puluis qui vlcera cōſolidat ⁊ carnē humanam in
eis creat. Re. aloes: balauſtie cachimie ar
genti: calcecha cumenō triti ⁊ lauati: ptes eq̄les ⁊ vtere.

Puluis fortis. Re. aloes: venarū curcume: balau-
ſtie mirre: gallarū: ptes equales: ſumaſ ⁊
fiat puluis et vtere. Conuenit eni vlceribus multum hu-
midis et corporibus ſiccis.

Puluis qui datur ad bibēdū illi cui caſus aut forti
accidit pcuſſio. Re. reuba. ʒ. i. rubee: lacce
mūdate: boli armenī: terre ſigillate. añ. ʒ. ſ. doſ iſti⁹ pulue
ris ē a. ij. ʒ. vſq; ad. iiij. cū aqua in qua cicer infuſū fuerit.
huic autem dentur ad comedēdū mes rizi cicera ⁊ lēteo

Puluis alius q ad forte valet caſū. ℞. mumie. boli armeni: et terre ſigillate. ana. ʒ. ij. ⁊ dent ad potandum cum vino albo ſtiptico. ʒ. ij.

Puluis qui datur ad potandū ei a quo multitudo ſanguis ex ꝑcuſſione aut caſu fluit. ℞. lra robe: boli armeni: balauſtie: ſang. draco. lacce. aā ptes eq̄les. Ex his pulueriçatis. ʒ. iij. ad potandū tribuantur cū ℥. i. aque i q̄ fuerit ſumach infuſū ⁊ opij ſexta ps. ʒ. i. Iſtō enī ſtringit ſanguinē: patiēs ſtiptica comedat.

Puluis ad lenē carnē mortuā ⁊ debilitatā ꝯfortat et dolorē mitigat. et locus cū oleo ro. inungatur cui deſup puluis mirti aſpgatur ⁊ mediocrit ligef.

⁋ Epithima ad caſū qn̄ cū eo febris ⁊ apa calīn fuerit. ℞. roſa. ru. lentiū excorticatā. boli armeni. ſcif. memithe. ſādali. ſaufel. Ex his oībus cū aqua coctis ⁊ parū olī roſati vſq; ad ſpiſſitudinem fiat epithima.

Epithima ad omnē ſpēm ſcabiei: ⁊ eſt optimuʒ vnguētum. ℞e. ſucci lapacij: ſcabioſe celidonie. enule cāpane: fumiterre: aā. ℥. vi. ⁊ ferueat cū ℥. vi. olei cōis ⁊ ſalis cōis. ℥. ij. tantū ꝙ ſucci ꝯſumanf: et remoueatur oleū: deinde cola ⁊ accipe id oleū ⁊ cere. ℥. i et liquefac ad ignē ſimul: deinde tolle ab igne ⁊ miſce ibi aloes. galbani pulueriçati ⁊ argenti viui mortificati. aā. ℥. i. ⁊ miſce donec equetur. Et ſi vis magis deſiccare adde vitrioli. ℥. ſ. et inungatur.

Vnguentum ad flegma ſalſū. ℞e. argēti viui extīcti. ℥. i. litargiri. ℥. ij. plūbi vſti. li. ſ. ceruſe. li. i. thuris. ℥. i. cineris vitis. ℥. iiij. arſenici. ℥. iij. aceti ⁊ olei. q. ſ. ⁊ teranf ⁊ incorporenf cū aceto diu agitando in mortario poſtea ꝯficianf cum oleo.

Puluis ad fiſtulas deſiccādas. ℞e. ellī albi. ariſt. ro. cētauree: radicis ſcolopēdrie. yreos. farine orobi ana. Fiat ex eis puluis ex quo fiſtula ipleaf.

Item puluis ad idem. ℞. calcis viue q̄ʒtum vis. mittas eā multotiens in ſucco celidonie: ⁊ exiccef et pulueriçetur ⁊ vtere. ⁋ Item puluis caroli vel ligni corroſi de caſtanea mirabiliter exiccat.

Item puluis ad deſiccandū fiſtulas. ℞e. calcis viue q̄ʒtū vis et tere multū cū melle in modū emplī et pone in teſtis in furno: ⁊ dimitte ibi donec exiccentur: et qn̄ vis pulueriça ex eis ⁊ vtere. ⁋ Ad idē ariſtol. rotūda pulueriçetur ⁊ ex ea cū vino potef: vel fiant ex ea pillule ⁊ ſumanf ⁊ mirabilr̄ ꝓdeſt ad deſiccādas fiſtulas.

⁋ Item ſuccus celidonie ⁊ ciclaminis cū melle decoctum valet ad curādas fiſtulas.

Puluis ad ſanandū oīa vlcera q̄ ſananf cū labore. ℞e. farine orobi. ʒ. iiij. ariſtol. rotūde roſaꝝ. aā. ʒ. i. thuris. ʒ. ſ. terantur ⁊ cribellentur ⁊ vtere.

Puluis ad vlcera deſiccanda. ℞e. yreos. ʒ. iij. ariſtol. rotunde. ʒ. iiij. thuris ſarcocolle. ana. ʒ. ij. farine orobi. ʒ. iiij. ſang. draco corticum granatorum. et colcotar aduſti. ana. ʒ. i.

Puluis ad bociū ſiue herniā gutturis. ℞e. ſpōgie ꝯbuſte: li. i. palee marine ꝯbuſte. ℥. iiij. piperis. ℥. ij. gallarū cipreſſi. ℥. ij. celidonie. ℥. i. radicis iūciare. ℥. v. ciclaminis. ʒ. iij. agni caſti. ʒ. ij. piretri. ℥. iij. bedeguar. ℥. ij. ſepie. ℥. v. ſiccenf ⁊ fiat puluis: ⁊ oī ſero ⁊ mane teneat ante cibum ex eo ſub lingua.

⁋ Alius puluis ad idem. ℞e. piperis piretri. çinçib. ſpongie marine: aduſte: ſeminis ſaxifragie. ana. ℥. ſ. ponatur ſub lingua facto ꝑus gargariſmate cum aceto.

⁋ Alius puluis ad idē exptus. ℞e. piperis. ʒ. ſ. palee marine aduſte: piretri: ſepie: nodi roſarū: ana. ʒ. i. fiat puluis. et ex eo ponatur ſub lingua.

Puluis vlcera deſiccans. ℞e. ceruſe roſaꝝ: balauſtiarum. aā. ʒ. viij. ſemis roſaꝝ: aluminis: gallarū: ana. ʒ. iij. ariſtologie aduſte. ʒ. ij. thuris. ʒ. i.

⁋ Ad idē. ℞e. rubee tinctoꝝ: oſſiū aduſtoꝝ: merdaſengi. ana. ʒ. ij. thuris aloes: ſan. dra. ana. ʒ. iij. ſarcocolle. ʒ. j.

